lelmo
dnan.
. Odon
con
ri Dia
ina
quod
lkri
gradus
drebo
etyas
iuud
meadey
nens.
preta

Cot=
Velmo
dner
. Odan
non
ri Dic
ina
quod
Ubi
gravis
Dubo
styas
quid
meador
nus.
praka

1334 7 aprile Alberto della Scala ordina al P. di Treviso d'informare sulle repressaglie concesse contro il friuli come si lagnano la Contessa di Gorizia ed il Vic: d'Aquileja. (32)

Albertus della Scala Verone. Padue et Nobili militi Dom. Petro de Verme Pot. Ter. gratiam nostram nuper a Domina comitissa Gorizie et a Dom. Guillelmo Vacano et Vicario Ecclesie Aquil. litteras cum querimonia recepimus continentes quod vos ad instantiam Domine Zeme que ... de Scala fratris Odorici concesseratis contra omnes Forojulienses represaleas, de quo non modicum admiramur cum cuidam Bonsaverio de Bononia procuratori dicto Domine Zame semper prefatus Vicarius predicto, etiam vice et nomine Domine antedicte exibere voluit iustitie complementum, secundum quod habuimus per suas patentes litteras. Quare cum non intendamus alicui concedere aliquas represalias absque mandato Dom. Mastini et nostri gravamur de dictis represaleis eidem concessis salvo si a dicto Mastino, indicto in mandatis non habuistis. Idcirco volumus presentibus nobis per vestras litteras significare debeatis si de dictis represaleis concedendis preceptum aliquod a Dom. Mastino habuistis vel causam propter quam inductis ad concedendum represaleas antedictas, ut causam ... presentibus habere valeamus. A similibus absque alio precepto fratris nostri et nostro amodo abstinere debeatis.

Data Pad. VII. Aprilis.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tomo 11. Doc. 1241. pag. 30

Gio. Fr.
Frangipane

1334. 10. aprile. Alberto della Scala ordina al P.<sup></sup> di Treviso di levare le represaglie concesse contro il Friuli e ne informa la Co: di Gorizia.

Albertus de la scala; Nob. militi Petro de Verme Pot. nostro Tar. significamus vobis quod super facto represaliarum per vos concessarum contra Forojulienses occasione cujusdam Domine Geme litteras recepimus a Domina Contessa Goritie a Domino Decano Aquil. nec non a Dom. Bruzolia de Turcelis quibus super eo destinavimus per litteras nostras velle - - - - - secundum quod in cedula presentibus interclusa constat expresse que in ipsa cedola contenta volumus per vos attendi debere et etiam observari data Pad. X Aprilis II. ind.

exemplum

Magnifice Domine Beatrici Tirolis et Goritie Comitisse onorande Albertus de la scala; salutem ad vota felicem magnificentie vestre litteris receptis et omni sua parte intellectis ad plenum continentibus de facto represaliarum per Dom. Petrum de Verme Pot. nostrum Tar. concessarum contra Forojulienses occasione cujusdam Dom. Geme civis nostre asserentis pro dotis suis aliquid racionabiliter a certis subditis et districtualibus vestris habere teneri; sic magnificentie vestre respondemus breviter per presentes. Quod cum idem Dom. Petrus Potestas Tarvisii dicat et asserat represalias ipsas racionabiliter esse factas causis pluribus et rationibus assignatis, sumus nihilominus contenti quod dummodo ipsi Dom. Geme seu procuratoribus suis et nuntiis, ut convenit per sapientes et officiales vestros reddatur ei fiat justitie complementum, quod certe per vos mandari debere speramus, omnes represalie usque modo concesse tollantur et nullius valoris

esse intelligantur. salvo quod si per officiales vestros et subditos ipsi dom. Dome jus suum denegaretur, tunc non possemus, ut tenemur eidem ullo modo deficere ad rationem. De quarum presentium litterarum continentia dicto Domino Petro Cot. nostro mittimus litteras speciales.

Ejusdem tenoris, mutatis mutandis Dom. Guillielmo ecclesia Decano. item Domino Brisalie de Sovilis Capit. Sorbus Naonis.

Data Pad. X. Aprilis ii ind.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tomo 11. Doc. 1334. pag. 38

Brangiusane

4.

io

in Sanch

.. Havm

m

hes

lugo

onte

Hovi

ohawa

aca

ram

sato

ctoio

mpa

à San

Dati

Sejav

ro

in Sanch

Havm

ezo

Havi

ohanna

aca

sato

los

mpa

a San

Dati

zar

ro

1335 17 luglio Parlamento. Brizzardo di Camino dichiarato decaduto dal feudo per non esser comparso a difendersi. 164.

In Christi nomine Amen Anno a nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo tricesimo quinto inditione tertia die decimo septimo mensis Julii in Sancto Vito sub logia Comunis dicti loci Presentibus Magnifico viro dom. Hermanno Comite de Ortemburgo venerabilibus et Religiosis viris dom. Lodovico Sextensis Siberto Mosacensis Monasteriorum abbatibus Nobilibus viris dom. Artico de Spanpergo et Bergonea de Guilinbergo militibus, Manfredo et Articono de Porcillis, Brizardo da Valvesone, Gerardo de Cucanea, Johanne da Villalta, Nicolussio da Villalta, Henrico da Spanpergo, Francesco de Manzano Daitrio da Varmo, Johanne Francisco de Castello, Hermanno de la frattina, Francesco de Sbrojavacca Cozanello, et Zuanuto de Sancto Vito testibus, et aliis pluribus. Coram venerabili et discreto viro dom. Guilelmo Mayrani doctore decretorum, qui est ad infrascripta positus per laudem et sententiam in loco dom. Patriarche infrascripti sedente pro tribunali ad jus reddendum comparuit Reverendus Pater in Christo et dom. dom. Bertrandus Dei gratia Sancte sedis Aquilegensis Patriarcha, et ibidem in judicio idem dom. Patriarcha per suum prolocutorem dixit et proposuit, quod cum dom. Brizardus novellus da Camino Superiori filius dom. Gugellonis de Camino quondam sit vassallus ecclesie Aquilegensis, et juramentum

vavallagii et fidelitatis prestiterit dicte ecclesie et dom. Patriarche predi=
cto pro contrata Cadubrii et pro castris stratis et locis de Cudignano,
et de Cavolano, et pro aliis locis que a dicta ecclesia tenebat in feudum
et cum nunc de novo idem dom. Rizardus novellus cum exercitu suo per Cadub=
rium, et Cudignanum et Cavolanum eundem dom. Patriarcham et Ecclesiam
Aquilegensem et ejus castra de Sacillo de Caniga, de Aviano et plures alias
villas dicte ecclesie hostiliter, et cum armis invaserit, et insultaverit roncando
arbores et vites comburendo villas, et domos et derobando homines captivan=
ndo de die, et nocte, et captivos ducendo, et se reducendo cum animalibus et
rebus derobatis tam in Cadubrio, quam in Cudignano et Cavolano, et sit rebellis
eidem dom. Patriarche, et ecclesie Aquilegensi, contra suum proprium
juramentum temere veniendo. Et cum idem dom. Patriarcha secundum laudum
et sententiam exinde latam per colloquium generale cum nuncio dicti dom.
judicis mandaverit fecerit, et precepit dicto dom. Rizardo novello, quod omnes vexa=
tiones, derobationes et combustiones factas per eum noviter in Sacilo Caniga
et Aviano, et aliis locis, et villis et stratis dicte ecclesie Aquilegensis
emendet, reddat et restituat altrassum dicto dom. Patriarche et ejus eccle=
sie Aquilegensi et captivos libere relaxet, et quod ab invasionibus iste
insultibus et rebellionibus predictis cesset penitus, et desistat sub pena
feudi, et proprii, et quod ista die presenti inter nonam et vesperas
in

in Sancto Vito compareat personaliter coram dicto dom. judice ad faciendum suam excusationem super predictis que si non faceret, aut facere nollet caducum, et Castra Cucagnani, et Caroliani, et omnia alia feuda, que tenet ab ecclesia Aquilegensi sint dicte ecclesie, et eidem dom. Patriarche confiscata et penitus discaduta ita quod amplius dictus dom. Rizardus Novellus nec eius heredes minime se debeant de illis gaudere et quod sit affidatus in persona et bonis cum tota sua comitiva veniendo stando et etiam redeundo. Unde cum hora termini sit et videatur transire et dictus dom. Rizardus Novellus non comparcat nec alius pro eodem supplicavit dom. dom. Patriarcha predicto dom. judici ut petat a circumstantibus sententiari, quid inde juris esset, et petente dicto dom. Judice, quid juris inde esset per omnes circumstantes sententiatum fuit. quod dictus dom. Rizardus novellus debebat alta voce proclamari ante dictam logiam, ut si ipse ibi est vel aliquis alius pro eo quod compareat coram dicto dom. judice ad faciendum suam excusationem super predictis qua proclamatione de mandato dicti dom. judicis per Rossum bucum Sancti Viti tunc facta, pro ut per relationem dicti buchi in judicio exhibit facta fides, petiit per circumstantes sententiatum fuit, quod bene et legitime dicta proclamatio facta fuerat supplicavit iterato dictus dom. Patriarcha sententiari quid juris esset, et petente dicto dom. judice sententiatum fuit per omnes circumstantes, quod dictus dom. Patriarcha debebat facere fidem de mandato, et precepto ante dicto facto

ut superius continetur et de termino hodierno assignato dicto Dom. Byzardo novel-
lo per Nobilem virum, Arnoldum de Brugaco Nuntium ad quod hoc per
dictum dominum Judicem datum secundum quod ibidem per omnes circumstantes
sententiatum fuit quod bene, et legitime facta fuerat fides de predictis, et quod dictus
terminus bene fuerat probatus, supplicavit dictus dom. Patriarcha sententiari
super predictis quid juris inde esset et petente dicto dom. Judice sententiatum fuit
per omnes circumstantes, quod dictus dom. Patriarcha debebat facere fidem de dicta sente-
ntia per Colloquium generale super hoc lata per eum superius allegata et ad facien-
dum fidem de dicta sententia idem dom. Patriarcha exhibuit et produxit quoddam
instrumentum publicum dicte sententie confectum manu mei notarii infrascripti
scripti sub anno nativitati Domini Millesimo trecentesimo trigesimo quinto indictione
tertia die sexto mensis Julii. Quo quidem instrumento dicte sententie lecto ibidem
in judicio et vulgarizato de verbo ad verbum idem dom. Judex petiit sententiari
si bene erat facta fides de dicta sententia et sententiatum fuit quod sic. Post
hec idem dom. Patriarcha supplicavit sententiari quid inde juris esset super predi-
ctis et petente dicto dom. Judice quid inde juris esset per omnes circumstantes nemi-
ne discrepante sententiatum fuit, et diffinitum, quod dicta sententia in omnibus et per
omnia firma et rata sit et semper debeat permanere, et executioni contra dictum dom.
Bizardum, novellum, et eius heredes debeat demandari; et ibidem dictus dom. Judex dedit
in nuntium dicto dom. Patriarche supradictum dom. Arnoldum de Brugaco qui eum
ponat in tenutam et corporalem possessionem de Cadubrio et Castris Cividigana et Cavolani,
et de omnibus feudis que dictus dom. Bizardus novellus tenebat ab Ecclesia Aquilegensi.
Acta fuerunt hec loco, anno et die et inditione supradictis.

Ego Antonius filius dom. Floriamontis et Madonna Aquilegensis diocesis publicus
Imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et hoc pre-
sens instrumentum meo consueto signo signavi et me subscripsi.

Verci Storia della Marca Trivigiana Tom. 11. Doc. 1273 pag. 56.

Frangipane

1335 25 agosto Bertrando Pat: ricompensa Bertoldo di Toppo per aver difeso Sacile e Caneva contro Rizzardo da Camino. 103

In Christi nomine amen. Anno nativitatis Dominice millesimo trecentesimo trige=simo, quinto. Inditione tertia die vigesimo quinto mensis Augusti presentibus nobilibus viris dom. Federico de Savorgnano, Salvano de Maniaco Ortulpho qm. dom. Federici de Reutimberch et Mattheo qm Nicolai de Modio testibus ad hec spetialiter vocatis et rogatis. Reverendus in Christo pater ac dom. dom. Bertrandus dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha, considerans grata et devota obsequia que sibi et sue Aquilegensi Ecclesie dictum fidaliter impendit nobilis vir Bartoldus de Toppo Vicegastaldio Caniae, et impendere poterit in futurum; qui porquam (?) ilexit guerram, quam movit Aquilegensi Ecclesie dom. Rizardus de Camino superiori pro Castri Sacili et Canipe, et ad presens custodit suis expensis et exponens immensis periculis ob hoc exponere personaliter, se et suos. Ne idem Bartoldus ingrato videatur domino servivisse sed potius retributori benigno omnes postas quas habebant et tenebant ab ipso dom. Patriarcha Aquilegensi Ecclesia in Villa sua et Campiformio Gregorius et Romania de Guitergio cum omnibus juribus et pertinentiis suis per se, suosque successores et nomine Aquilegensis Ecclesie dicto Bartoldo et suis eredibus ad habendum, tenendum possidendum, omnemque suam utilitatem, et comodum faciendum libere tradidit, et concessit et dum Galvanum

tectem prefatum recipientem nomine, et vice predicti Bertoldi per suum annulum manu propria de ipsis legitime investivit promittens per se, et suos successores traditionem, et concessionem hujusmodi, et omnia hec ac singula supradicta rata grata et firma habere perpetuis temporibus et tenere, et contra ea nunquam facere vel venire aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto sub obligatione omnium bonorum Aquilegensis Ecclesie mobilium, et immobilium presentium et futurorum. Actum in Castro sancti Danielis in hospitio Nicholi de dicto loco.

Ego Simon qm. Joannis not. de Lovaria pb. Imp. auct. not. hoc presens privilegium scripsi et publicavi.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tomo II. Doc. 1274. pag. 58

Frangipane

335 15 xbre — Bertrando Pat: investe Gerardo di Cucagna de' feudi dati in dote da Pagano Pat: a sua nipote Perina prima moglie di B. di Strasoldo, e poi d'esso G. 100.

In Christi Nomine Amen. Anno Domini 1335 indictione 3 die 15 decembris in Patriarcali Palatio in sala magna. Presentibus D. D. Cymiacora della Torre de Castellutto, D. Federico quondam D. Martini della Torre, D. Bianchino de Porciliis, Federico de Savorgnano, Armano de Carnea, D. ~~Petro~~ Francisco de Castello D. D. Ostalco et Francisco fratribus quondam Bernardi de Strasoldo testibus, et alijs pluribus. Cum sit quod alias per Reverendissimum in Christo Patrem et D. D. Paganum Dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcam contractum esset matrimonium inter Nobilem D. Perinam quondam Aguini, vel Aquilini della Turre, et Nepotem dicti D. Patriarche cum D. Bernardo de Stasoldo et inter alia pacta doctasset dicta D. Perinam cum infrascriptis bonis v. tresdecim bonis in villa de Sivigliano item certo terreno vocato sterpet hi sunt confines &c. juxta pascum Ville Flambri inferioris mediante fossato juxta aquam vocatam Roja de roset juxta villam Sivigliani. Item in pertinentiis Sivigliani uno alio loco vocato Cvito juxta aquam Karbase juxta tabelam Sivigliani contra unam secha super dicto loco. Item cum uno alio loco super palude majori in loco qui dicitur tabella di Riva di Vat di Flun, hi sunt confines juxta aquam juxta lamiam vocatam lamia della Fornasata juxta quandam aliam lamina que dividet paludem majoris et vadit ad aliam laminam que est superius locum vocatum sterp, in qua tabella sunt campi 80 et ultra. Item sectores Prati sexaginta et ultra. Item una selva vocata latucha, que est campi 40 et ultra hi sunt confines juxta aquam juxta tabellam Sivigliani.

Item

Item uno molendino super palude majori vocato molin de fer super dicta Roja di Rossel cum Dominio et Garitu de tota villa de Sevigliano et omnibus dictis locis et cum omnibus juribus, et jurisdictionibus spectantibus et pertinentibus ad dicta bona specialiter cum jure pascuandi, et secandi super dicta palude majori sicut ville, Flambri superioris Vivci, et Sterpo . . item cum Dominio et Garitu de tota villa de Glaniz cum his pactis, et conditionibus quod si dicta D. Perina et sui heredes decederent sine heredibus ex eis legitime descendentes tunc, et eo casu voluit quod pertinere debeant ad dictum Patriarcham et Successores suos tanquam bona per ipsum empta, et aquisita. Nunc vero coram dictis testibus Reverendissimus in Christo Pater Bertrandus Dei Gratia sancte Sedis Aquilejensis Patriarca intuitu et zelo amoris et caritatis considerans amorem et benevolentiam quam habet a Nobile Domino della Turre famosa, et a famosa Domo de Cucanea contraxit matrimonium inter dominam Perinam relictam olim D. Bernardi de Strasoldo, et Nepotem dicti Patriarche. Pagani predecessoris sui in D. Gerardum de Cucanea quondam magnifici, et generosi D. Lodovici Generalis Capitanei Patavensis in primis volens sequi vestigia juste . . . eronatum motu proprio deputando ei dicta omnia bona et possessiones sitas in predictis locis cum omnibus juribus jurisdictionibus preminentiis et prerogativis secundum quod dictus D. Paganus predecessor suus dedit et assignavit ita quod eadem D. Perina, et D. Girardus, et eorum heredes, et eorum descendentes dummodo in nullam aliam personam

aulla

nulla via transferantur bona et possessiones jura et jurisdictio=
nis preheminentiis spectantia et pertinentia et dicta bona habeant
teneant et possideant tanquam bona data per predecesso=
rem suum, et post mortem dictae D. Perne, et dicti D. Gerar=
di, et heredum suorum ut supradicta bona devenire debeant
ad Dominium Patriarcharum, et successores suos et ecclesiam
suam tanquam bona per dictum Dominum Patriarcham bona ista
sia iterum devoluta et ressignata. In cujus rei et testimonium
presentis fieri jussimus, et nostri sigilli impressione muniri

Dagli annali strasoldi — volume manoscritto originale del
Sig.r Conte Michele di Strasoldo Canonico della scala di Milano,
prima Gesuita all'anno 1335 15 decembre — presso il Sig.r Conte
Flaminio di Strasoldo in Ajello.

Castello di Porpetto 28 Marzo 1877 — Frangipane

1330 28 9bre Patti tra il Pat: Bertrando e Corrado Bojani sul pagamento di sei elmi e quattro Balistarii a cavallo 

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus universis, quod cum dilecto familiari nostro Conrado Bojano de Civitate Austria milite convenimus et pactum fecimus, quod ipse Nobis servire debeat a festo nativitatis domini proxime venturo, usque ad unum annum proximum et completum cum decem dominibus cum armis, videlicet sex Elmis, et quatuor Balistariis equitibus, ita quod eidem pro ejus servitio, et dictorum sociorum solvere debemus Centum Marcas denariorum Aquilegensium novorum, quas sibi dare, et solvere promittimus in quatuor terminis, videlicet quinquaginta Marcas ejusdem monete in die carnisprivii, quinquaginta in festo Pentecostis; quinquaginta in festo Sancti Michaelis proxime futuro; et alias quinquaginta in fine anni. Item promittimus eidem Conrado, quod si aliqui ejus equi ferro, vel etiam strata (strato) sub nostra Banderia morerentur, aut alibi dum equitaret de nostro mandato, illos sibi emendabimus secundum extimationem duorum communium amicorum eligendorum per Nos et ipsum. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli impressione munitas. Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XXVIII mensis Novembris Anno dominice Nativitatis M·CCC·XXXVI· Indictione IIII

Ex Protocollo Guberti de Novate, quod ab admodum Reverendo Domino Petro Variani servatur.

Da Manoscritti del Nob: Sig.r Carlo Fabrizio d'Udine intitolati: = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantium = Tomo IV. pag. 109. Carolus Fabricius collegit, et descripsit.

Castello di Porpeto 12 Giugno 1820.

C. Frangipane

1337. 19. Gen.º Parlamento per l'aumento della Milizia friulana.

In christi nomine, Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo trigesimoseptimo, indictione quinta, die decimonono mensis januarij, civitatis austrie in camera cubicularia suprascripti domini Beltrandi pathriarche convocato, et congregato consilio forijulij coram dicto domino pathriarca more solito, in quo quidem consilio erant infrascripti consiliarij et alij electi per dominum pathriarcam, et ipsum consilium videlicet venerabilis viri domini Morandus de porcileis canonicus aquilegie, Guelmus majrani Doctor decretorum cancellarius civitatensis, et Gerardus prior de saurnano capellani dicti domini pathriarche ac Nobiles viri domini Odoricus, Girardus, et joannes de cucanea, Arthicus de pramperigo, Bregonea de Spilimbergo, philippus de portis, conradus Boyanus de civitate Austrie Hermanus de carnea Millites, ac Gabriel de prata, Asquinus de Colloreto, Guarnerius, et Hendricus de cucanea, ostalsus de strasoldo, Ramboldus de cauoriacho, Rizardus, et iacobus de tricano, franciscus de villalta, joannes rebesinus de civitate austrie, Daniel Gastaldio civitatis, Mapheus notarius de aquilegia, Antonius notarius de civitate, et Mancorum de utino, et perlectis ibidem capitulis suprascriptis alias prepositis in colloquio Generali, et petito consilio a suprascriptis personis tandem deliberatione habita diligenti consulueverunt, liberavuerunt, et ordinaverunt, providerunt, imprimis super primo capitulo, quod habet de militia forijulij augumentanda, quod elligantur sex persone de forojulio videlicet unus pro prelatis, unus pro liberis, duo pro ministerialibus, et duo pro communitatibus, qui habeant auctoritatem augumentandi dictam militiam, sicut eis videbitur expedire pro meliori patrie forijulij, et sic per dominum pathriarcam, et consilium statim electi fuerunt venerabilis vir dominus Morandus de porcileis canonicus aquilegie pro prelatis, Dominus Gabriel de prata pro liberis, Dominus

Fritschessus

Arthicus de Spilimbergo pro ministerialibus, ac Dominus philippus de portis, et Dominus Hermanus de Carnea pro communitatibus, quibus per dictum Consilium tradita fuit potestas augumentandi dictam militiam, et de ipsa providendi sicut melius, et utilius pro securitate defensione, et bono statu patrie forojulij expedire videretur eis, et ad hoc faciendum Terminum haberent hinc ad Dominicam medie quadragesime

Die vigesimo mensis januarij presentibus Nobilibus viris Dominis odorico de Cuccanea, et Girardo eius filio militibus Testibus, suprascripti sex ellecti per dictum Consilium Convenientes in unum ad providendum super premissis sibi comissis a dicto Consilio pro bono statu, et deffensione aquilegiensis ecclesie ac patrie forijulij augumentarunt et addiderunt militiam tam dicto Domino pathriarche quam eius subditis ultra impositionem alias factam prout inferius continetur, addiderunt namque supradicto

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Domino pathriarche | Elmi | 20 | Balisteri | 5 |
| Domino Episcopo Concordiensi | el. | 2 | Bal. | 2 |
| Domino Abbati Bellunensi | el | 1 | Bal. | 1 |
| Domino preposito sancti stephani aquilegensis | el. | 1 | Bal. | 0 |
| Monasterio maiori aquilegie | el. | 2 | Bal | 2 |
| Domino Abbati Rosacensi | el. | 2 | Bal. | 1 |
| Domino Abbati mosacensi | el. | 1 | Bol. | 1 |
| Domino Abbati Sestensi | el. | 2 | Bol. | 1 |
| Monasterio maiori Ciuitatensi | el. | 1 | Bol. | 1 |
| Illis de prata | el. | 4 | Bal. | 0 |
| Illis de porcileis | el. | 4 | Bal. | 0 |
| Illis de polcinico | el. | 2 | Bal. | 1 |
| Habitatoribus de Aviano | el. | 1 | Bal. | 0 |
| Illis de Maniaco | el. | 1 | Bal. | 1 |
| Illis de pinzano | el. | 0 | Bal. | 2 |

| | | |
|---|---|---|
| Illis de Toppo | el. 0 | Bal. 1 |
| Illis de spilimbergo | el. 2 | Bal. 2 |
| Habitatoribus sancti viti | el. 1 | Bal. 1 |
| Illis de Sbroijauaca | el. 1 | Bal. 1 |
| Illis della frattina | El. 2 | Bal. 1 |
| Illis de flagonea | el. 1 | Bal. 0 |
| Federico de Castro Raymundi | el. 0 | Bal. 1 |
| Illis de villalta et Cauoriacho | el. 2 | Bal. 2 |
| Habitatoribus de Faganea | el. 2 | Bal. 2 |
| Illis de Tereano et moruzio | el. 2 | Bal. 2 |
| Illis de fontebono | el. 1 | Bal. 0 |
| Illis de Colloreto et melso | el. 2 | Bal. 2 |
| Illis de Vers et Susans | el. 0 | Bal. 1 |
| Hendrico et Bertholdo et Corradelle fratribus de sancto daniele | el. 4 | Bal. 4 |
| Illis habitatoribus de sancto Daniele | el. 1 | Bal. 0 |
| Illis de prampergo | el. 1 | Bal. 0 |
| Illis de vendoio | el. 1 | Bal. 1 |
| Illis de Buja | el. 0 | Bal. 1 |
| Habitatoribus, et ~~[illegible]~~ ministerialibus de attemps | el 2 | Bal. 1 |
| Illis de Cucanea, Partistagno, et Valuesono | el. 4 | Bal. 1 |
| Illis de soffumbergo | el. 1 | Bal. 0 |
| Illis de strassoldo | el. 2 | Bal. 0 |
| Illis de Manzano | el. 2 | Bal. 1 |
| Illis de varmo | el. 1 | Bal. 1 |
| Utino Savorgnano | el. 20 | Bal. 5 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Civitati Austrie | — | el. 5 | — | Bol. 3 |
| Glemone | — | el. 3 | — | Bol. 2 |
| Aquilegie | — | el. 2 | — | Bol. 0 |
| Montisfalcono | — | el. 1 | — | Bol. 0 |
| Ripa rotte | — | el. 1 | — | Bol. 0 |
| Tolmettio | — | el. 1 | — | Bol. 0 |
| Cernedo | — | el. 1 | — | Bol. 0 |

Summa Elmovum additorum est 102 summa Bol. addit. est 94

Et ego Simon filius quondam prudentis Ser Joannis notarij de lovaria
Tab. S. A. W. prout in notis olim Domini Gubertini Reverendissimi Domini Beltrandi pathriarche cancellarij mihi comissis reperij supra scriptum Colloqu-um, ac Tolee augumentum sive additionem in presentibus duabus cartis contenta hic fideliter descripsi, appositis hic signo, et nomine meis con-suetis ad premissorum fidem rogatus et requisitus

Da Libro antico, manoscritto esistente in Udine nell' Archivio della Patria, intitolato: Annali Bu pag. 171.

Cas.° di Porpetto 27. Luglio 1816

Confrontato e corretto da me

Frangipane

337. 26. gre   Bertrando Patriarca investe Federico qm. Costantino di Savorgnano di alcuni feudi del qm. Jaccelone di Camino per averlo diffeso contro nemici e ribelli.   139.

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo tregesimo septimo, ind. quinta die vigesimo sexto mensis Novembris. Utini in Patriarcali Palatio in camera cubiculari infrascripti Domini Patriarche, presentibus Rever. in Christo Patre Dom. Guidone Dei gratia Episcopo Concordiensi, Nobilibus viris Dominis Gijrardo de Cucanea Cumano de Carnea militibus, Henrico de Carnea, et Federico qm. ser. Saluani Notario de Utino testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis. Reverendus in Christo Pater et Dom. Dom. Bertrandus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, considerans labores plurimos quibus Nobilis Dom. Fridericus qm. Domini Costantini de Savorgnano pro defensione, honore et exaltatione Aquilegensis Ecclesie nullis parcendo periculis laboribus et expensis in armorum strepitu contra ipsius Ecclesie hostes et rebelles strenue et fideliter insinuavit. et alia ipsius Dom. Friderici multimoda fidelitatis obsequia dicte Ecclesie per ipsum impensa, et imposterum prestanda Domino, conferentia ac valens dicto Dom. Friderico pro parte remunerationis laborum suorum gratiam facere specialem, per quam ad ipsius Aquilegensis Ecclesie servitia in posterum ferventius animetur per se suosque successores, et nomine Aquilegensis ecclesie omni modo, jure et forma quibus melius potuit dedit tradidit, et concessit ipsi Dom. Friderico pro se et suis Eredibus recipienti in perpetuum ad pheudum et jure pheudi

recti et legalis bona infrascripta, devoluta ad ipsum Dom. Patriarcham et Aquilegen=
sem Ecclesiam per mortem q. Domini Guecellonis de Camino superiore defunti
nullo herede masculo derelicto ex se descendente, qui bona hujusmodi in feudum
rectum et legale habebat et tenebat ab Ecclesia supradicta, ipsum que D.
Fridericum suo et dicto nomine recipiente de bonis hujusmodi feudalibus
per fimbriam sue clamidis presentialiter investivit; ad habendum, tenend=
um, possidendum et quid quid sibi suisque heredibus jure et honore Aquileg=
ensis Ecclesie in omnibus semper salvo deinceps placuerit faciendum cum
omnibus, et singulis que sunt infra et supra hujusmodi bona et cum
accessibus, et egressibus usque in vias publicas omnique jure et actione jurisdi=
tione ----- et Ecclesie sue ex eisdem, seu super eisdem bonis modo du
aliquo pertinentibus ac Campis pratis, terris cultis et incultis vineis arbori=
bus plantis, nemoribus paludibus domibus curiis sediminibus, hortis, clau=
suris, aquis et aquarum ductibus venerationibus, piscationibus, et cum omni
honore comodo et utilitate ad bona ipsa spectantibus de jure, et de facto,
excepto garicto bonorum hujusmodi, quod in se retinuit dictus Dom. Patriar=
cha. Hoc tamen pacto specialiter expresso quod Masarii, seu Coloni dicto=
rum bonorum duo, plaustra, et non aliud Capitaneo Sacilli qui pro tem=
pore fuerit annis singulis facere teneantur, que quidem bona se ipsius
nomine

nomine constituit possidere donec ipsorum adeptus fuerit corporalem possessionem quam accipiendi sua auctoritate, et deinceps retinendi ei licentiam omnimodam contulit. Promittens per se suosque successores dicto Dom. Friderico pro se et suis heredibus stipulanti litem, vel controversiam de dictis bonis, seu aliqua eorum parte, vel eorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti quomodo libet consentire, super ipsa, et eorum quolibet ei suisque heredibus ab omni persona, collegio universitate legitime defendere, auctorizare et expedire ac dictam concessionem, et omnia et singula suprascripta perpetuo firma rata et grata habere et tenere et non contrafacere, vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione, ingenio sive causa de jure, vel de facto, pro qua quidem concessione et investitura dictus Dom. Fridericus statim prestitit dicto Domino Patriarche et Aquilegensi ecclesie fidelitatis debite et vassalagii juramentum quod vassallus Domino suo prestare consuevit. Bona autem ~~subscripta~~ suprascripta sunt hec.

Inprimis in Campo mansus unus rectus per ~~Montegnanum~~ Flavazum.

item in dicta villa mansus unus rectus per Montegnanum.

item eadem villa mansus unus rectus per Bartholomeum Flori et Pizollum.

item in villa ipsa mansus unus rectus per Barsisum.

item in villa de Sovonis unus mansus rectus per Mesmat.

item in eadem villa unus mansus per per Martinum Pasqualem.

item in villa de Fratta mansus unus rectus per Tralotum.

item in eadem villa mansus unus rectus per Vendramum sutore.

item in dicta villa dimidius mansus rectus per Presbiterum Octonem.

Item dimidium Decime Prati majoris, et Agre bone.

Item illa pars decime de Runchis, que prefacto qm. Domino Bijardo debebatur in ipsa Villa.

Item medietas totius ---- quod nascitur in Runchis.

Item in Caniza mansus unus rectus per Cursinum, qui solvit medietatem vini quod fit super eodem manso.

Item in eadem Villa mansus unus rectus per Danielem Sparatorem qui similiter solvit medietatem vini.

Item in dicta Villa mansus unus rectus per Mathiussium de Toppo qui similiter solvit medietatem vini.

Item in villa ipsa mansus unus rectus per Zaninum de Brughetto qui persolvit similiter medietatem vini

Item in dicta Villa mansus unus rectus per Martinum Rabiosum qui solvit similiter medietatem vini.

Item in eadem Villa mansus unus rectus per Benedictum qui similiter solvit medietatem vini.

Item in dicta Villa mansus unus rectus per Bagesium qui solvit similiter medietatem vini.

Item in villa ipsa mansus unus rectus per Filenum qui solvit similiter medietatem vini.

Item in villa de Sevonis mansus unus rectus per Barbam qui solvit similiter medietatem vini.

Item in dicta Villa mansus unus rectus per Sabbadinum qui solvit similiter medietatem vini.

Item in dicta villa mansus unus rectus per filium qm. Jacomini de Sevonis qui solvit similiter medietatem vini

Item medietas livellorum, que habebat prefactus qm. Dom. Bijardus in Contrata de Caniza.

Item in Villa predicta de Caniza mansus unus rectus per Marchum Albertini.

Item in eadem villa mansus unus rectus per Vidonum del Mino.

Item in eadem Villa mansus unus rectus per Arnoldum Vendramium.

Item in dicta villa mansus unus rectus per Varhitam.

Item in villa ipsa mansus unus rectus per Danielem Mathii.

Item in dicta Villa mansus unus rectus per Bagesium

Item in villa di Sevonis mansus unus rectus per Laconem.

Item in Villa de Fratta mansus unus rectus per Dominum Placentinum

Item in eadem villa mansus unus rectus per Adalgerum de dicta villa.

In quorum omnium prefactus Dominus Patriarcha mandavit presens publicum instrumentum confici per me Notarium infrascriptum et sui sigilli appensione muniri.

Ego Lubertinus qm. Domini Ressonadi de Novate Mediolanensis Diocesis publicus imperiali auctoritate Notarius et prefacti Domini Patriarche Officialis, et scriba premissis omnibus presens fui et rogatus hoc instrumentum inde scripsi et publicavi.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tom. II. Doc. 1322. pag. 100.

Franzisoane

1337 17 Xbre Bernardo Pat: riceve un colle in Budoglia da Biachino di Polcenico e poscia glielo rende con investitura feudale

Anno Dñi a Nativitate. 1337. Die 17. mensis Xbris. Presentibus venli viro Dno Fratre Gallerando abbate Monasterij Bellunen. ac discretis viris Dnis [illegible] [illegible] Ecclesie Aquilegen. Conrado de Neumburgo et Bertrando de Leuco notario Dni Patriarche in palatio [illegible] et alijs ad hec specialiter vocatis et rogatis —

Constitutus in presentia Reverendi in Christo Patris et Domini Dni Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquilegen. Patriarche Nobilis vir Biachinus q. Domini Thomasi de Pulcinico non vi vel circumventione aliqua vel errore sed pure, sponte et libere renuntiavit in manibus [illegible] Dni Patriarche colli suo de Rivobroso sito in territorio [illegible] Budoglie et omni iuri quod sibi competebat seu competere [illegible] in eodem supplicans eidem Dno Patriarche ut ipsum de dicto colle in feudum benignius investire dignaretur. — Qui Dnus Patriarcha renunciationem huiusmodi suo et Aquilegiensis Ecclesie nomine acceptavit et admisit. Quibus peractis idem Dnus Patriarcha considerans fidelitatem et devotionem suam dictus Biachinus ad ipsum et dictam Aquilegiensem Ecclesiam gerit, eius supplicationibus inclinatus pro se suorumque successorum nomine Aquilegiensis Ecclesie eidem Biachino pro se et suis heredibus recipienti dictum collem taliter renunciatum cum omnibus suis iuribus in feudum rectum et legale [illegible] et quod fuit, ipsumque de illo per [illegible] [illegible] presentialiter investivit salvo iure Aquilegiensis Ecclesie et omnium personarum. Dictus vero

Biachinus statim prestitit eidem Dño Dño Patriar. et Aquilegien. Ecclesiae fidelitatis, et vassalagij juramentum quod vassallus Dño suo prestare in talibus consuevit —

Actum in Civitate Austriae in Palatio Patriarcali

Questa sopra estratta Investitura è stata copiata da un Protocollo esistente nella publica Libreria di S. Daniele, scritto di mano di Gilbertino di Novate Nodaro del Patriarca Bertrando — Così ecc.

Giandom.co Guerra Canc.re di Cividale
a Mon.re Ecc. Addì 26 Aprile 1770 —

Copia estratta dall' Archivio delli Nobb. Sigg.ri Gio. Pietro, e Fran.co q. Sig.r Gio. Fran.co Attavio Bottenicco esistente nel Processo N. 70. a carte N.o 90. —

Bisontini Pietro

Esame di alcuni testimonj sulla spettanza del Garrito di Camollo al Patriarcato ed a Sacile.



In nomine Dei eterni et Gloriose Matris eius Virginis Marie. Anno ejusdem Domini Nativitatis millesimo tricentesimo tricesimo octavo. Ind.e sexta. Die vigesimo tertio mensis Februarii Sacilli sub lobia [illegible]. Constitutus ante presentiam Nobilis et potentis militis Dom. Federici de Savorgnano Capitanei Sacili. Narnardus qm. Dom. Trivini de Sacilo ad testimonium inferendum super eo quod requisitus fuerit per ipsum Dom. Federicum, et eidem per me subscriptum Notarium corporali prestito Sacramento, juravit ad Sancta Dei Evangelia veritatem dicere et verum proferre testimonium. Et hoc remotis odio, amore, timore, prece, et pretio, lucro, vel damno, nullaque mixta falsitate, videlicet interrogatus si sciebat cui garitum seu jurisdictio Camolli pertinebat jure proprietatis vel possessionis aut aliquo alio jure dictum suum testificando deposuit in hunc modum scilicet quod bone memorie recordabatur a quinquaginta annis citra et ultra, et ab antiquo audivit dici et personaliter vidit quod in Hospitale Sancti Joannis de prope Sacillum quis in dicto Hospitale Prior est tenet jus. Set si quod homicidium vel malefactum fit vel aliquid derobatum fuerit Dominus Capitaneus et homines de Sacillo tenuerunt et tenent reos ubicumque malefactores invenerint super toto Camollo, ipsos vidit puniendo et detinendo, et semper audivit dici, quod a Crucibus que sunt super Camollo citra versus Sacillum, est garitum Communis Sacilli

et semper homines in Sacillo ipsas cruces posuerunt et ponunt ubi nunc sunt nec unquam vidit quod aliquis contradiceret, et furche que sunt super Camello apud paucam sunt super garitum Communis Sacilli et semper ab antiquis suis audivit dici, quod strate regalie ubicumque sunt in toto Foriiulio sunt Dom. Patriarche Aquilegensis et ad eum spectant. Item dixit quod si qui fundaverint mudam Sacilli eundo per aliam viam quam per Sacillum mercimonium conducendo vidit semper Dom. Capitaneum Sacilli ipsos ubicumque invenerit detinentem, et de rebus quas conducunt expoliando usque super pontes Bragnorie Porciliarum, et Brate, nec umquam vidit aliquam personam contradicentem, nec unquam vidit, nec audivit dici quod Domini de Brata et Porciliis contradicerent, liber est et non servus non doctus set per P. Preconem citatus.

Item Ser Achilotus qm. Domini Odorici juratus est supra suo sacramento testificando videlicet quia diligenter examinatus dictum suum deposuit in hunc modum, quod bone memorie recordatur quadraginta annorum semper ab antecessoribus suis audivit dici, et perpetue vidit semper quod a Crucibus que sunt super Camello apud Palsam citra versus Sacillum est garitum Dom. Patriarche Aquilegensis et Communis Sacilli et semper vidit quod si aliquod homicidium seu malefactum vel aliquid derobatum fuerit in toto

in toto Camollo maxime a predictis Crucibus citra. Vidit Malefactores

se conjunguntur, qui et puniri per Dom. Capitaneum et Homines

de Sacillo, et si non possent conjungi vocantur in banno in Sacillo

~~secundum juris formam et consuetudinem~~ Terre Sacilli puniuntur, et

si que res vadent contra bannum videlicet non solvendo mudam Sa=

cilli, et non euntes per Sacillum vidit semper Dominum Capitaneum

Sacilli accipere super toto Camollo ubicumque reperientur et super

pontes Braguarie, Prate, Dorcelliarum, nec unquam vidit aliquam perso=

nam contradicentem. Liber est et non servus, non doctus, non coactus set

citatus

Item ser Bene qm. ser Alpertussi de Sacillo, juratus ut supra suo sacramen=

nto testificando videlicet quia diligenter examinatus dicit se nescire cui de

jure gastum seu jurisdictio Camolli spectet seu pertineat, set semper audivit

dicere quod a Crucibus citra versus Sacillum est gastum Dom. Patriarche Ec=

clesie Aquilegensis, et Communis Sacilli, et si quod homicidium committeretur

in Camollo, semper vidit per Dom. Capitaneum Sacilli contra malum

agentes procedi secundum juris ordinem et consuetudinem Terre Sacilli,

et puniri, et recordabatur quod quidam nomine Ricigon et Zulianus socii

Becanie de Venetiis expoliaverunt vomiqedes in Camollo ubi nunc sunt Cruces

et tunc convincti fuerunt in Sacillo, et capti et scoriati fuerunt. Item dixit quod duo Teotonici derobati fuerunt in Camollo ubi nunc sunt Cruces, et venerunt se ad conquerendum Dominio Sacilli, dicentes quod quidam indutus una tunica cum brasis cum ejus comitiva ipsos derobaverunt, et tunc dictum fuit quod Marinus de Porcilliis cum ejus comitiva hoc fecerat et tunc per Dominum Capitaneum Sacilli et Commune processum fuit contra eos, et vocati fuerunt in banno ipsis non comparentibus et banniti, et de pluribus aliis recordatur. Item dixit quod semper vidit si quod mercimonium conduceretur aliunde quam per Terram Sacilli vitantes Stratam Dominus Capitaneus Sacilli ipsa detineri et accipit ubicumque ea invenerit super toto Camollo et usque super pontes Brugnarie, Prate, et Porcilliarum nec unquam vidit quod Domini Terrarum predictarum in aliquo contradicerent. Liber est.

Item Cardinalis de Florentia nunc commorans Sacilli juratus ut supra suo Sacramento testificando dixit, semper audivisse dici, quod a Crucibus que sunt super Camollo citra versus Sacillum est garitum Domini Patriarche Aquilegensis et Communis Sacilli, et dum recordatur, si quod homicidium comissum fuit in Camollo maxime a Crucibus citra vidit Dom. Capitaneum et homines Sacilli procedere secundum juris ordinem et malefactores puniri

si

si conveniri potuerint, ~~sin~~ sin autem vidit eos banniri de Sacillo et semper vidit dum recordatur et si aliquid mercimonium conducitur aliunde quam per Sacillum non solvendo mudam Sacilli vitantes stratam Dom. Capitaneus Sacilli ea accipit ubicunque inveniunt usque super grepos pontium Brate, Sorcelliarum et Brugnarie et conducentes personaliter detineri, nec unquam vidit aliquam personam contradicentem nec dicentem se jus habere. Liber est etc. . . . . . . .

Item Salvagnus qui fuit de Portunaone et nunc moratur Sacilli juratus et super suo Sacramento ~~testificando~~ testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod semper vidit quod si aliquis fraudaverit mudam Sacilli mercimonium conducendo aliunde quam per Terram Sacilli Dominus Capitaneus Sacilli ubicumque conjungit super toto Camollo, usque super Pontes Brugnaria Brate et Sorcelliarum ipsos personaliter detinet et mercimonis expoliat sine contradictione alicujus personae. Item dixit quod ~~semper~~ semper audivit dici in Portunaonis et ubicunque quod cruces que sunt super Camollo sunt super districtu Domini Patriarche, et Communis Sacilli et continue homines Sacilli ipsa ibi ponunt et fieri faciunt et si quod homicidium fit in Camollo, vel aliquod derobatum fuerit, vidit semper Dominium Sacilli contra Malefactores procedit secundum ordinem Juris et consuetudinem Terre Sacilli. et Liber est etc. . . . . . . .

Item Adoardus qui fuit de Civitate Belluni, nunc residens Sacilli juratus et

supra suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod recordabatur quod quidam Joannes Segalla mortuus fuit super Camello propre Cruces et tunc per Dominum Capitaneum et homines de Sacillo proces: sum fuit contra illos, qui eum interfecerunt et vocati fuerunt ad rationem et banniti de Sacillo, et districtu, et semper vidit quod si aliquod homicidium factum fuerit in Camello vidit homines de Sacillo, et Dom. Capitaneum malefactores si possunt conjungere punire, sin autem vidit eos banniri et vidit ~~semper; quod, si aliquis~~ contulit bladum vel mercimonium aliquod aliunde quam per Terram Sacilli vitando stratam dominus Capitaneus eos rebus quas conducunt expoliat ubicunque eos conjungit in toto Camello et usque super pontes Brugnarie, Brate, et Sorciliarum, nec unquam vidit quod per aliquam personam facta fuerit aliqua querella; Liber est

Item Guidinus de Tenebrago de Mediolano juratus et supra suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter examinatus dixit, quod existente patre suo Gastaldione Sacilli fecit ponere Cruces super Camello apud causam ubi nunc sunt, quia mercatores qui veniebant ibant versus Cabulanum et Brugnanam et si conjungebantur de rebus suis expoliabantur, et dicebant quia nescientes stratam ibant inde et ideo fecit ibi Cruces ponere quia si aliquos inveniebant amplius certas

verius

versus Breguarium statim eorum mercimonia expoliabant, nec patebant excusan=

dare et semper vidit quod si aliquod homicidium factum fuerit in toto Cami=

mollo maxime à Crucibus citra versus Sacillum ipse dator dum fuerit Capita=

neus et alii Capitanei Sacilli dum recordatur tennerunt eius. Et contra plures

malefactores vidit puniendo et procedendo de jure contra malefatores et semper

vidit quod si aliquod mercimonium conducitur aliunde quam per Terram

- eos compungit, mercimonijs expoliat, et ipsemet quamplures —

Sacilli vitando stratam Dominus Capitaneus Sacilli ubicunque interfuit

ad expoliandum certos qui conducebant mercimonia contra bannum videli=

cet non veniendo per Sacillum libere etc.

Item Bernardella de Fonte frigido districtus Porciliarum juratus ut supra

suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum, videlicet

quia diligenter examinatus dixit, quod bone memorie recordatur sex=

aginta annorum, et vidit, quod quidam Joannes Segalla de Porciliis

habebat quendam suum inimicum, et volens eum interficere persecu=

tus fuit eum usque ad Cruces Camolli, et ibi eum interfecit, quia

nolebat eum interficere super districtum Porciliarum, et hunc interfecto

eo ipse Joannes rediuit in Porcilias et iam vidit quamplures

commissise homicidium super Camollo, quod si committerant ultra

quandam fosatam ubi sunt certa modicum da supra Cruces versus

Sacillum omnes vidit redeundo in Porcilias dicentes se non comisisse super districtum Porciliarum, set Sacilli, et iam cum pluribus bonis hominibus fuit ad reprehendendum Dominos de Porciliis de eo quod permittebant
+ qui dicebant quod non commiserunt super suo districtu
talia agentes stare super suo districtu quod si commisissent subtus tenerent de ipsis ius et facerent rationem, et semper audivit dici, quod ab illa fovea de supra Cruces citra versus Sacillum, est garitum et jurisdictio Domini Patriarche et Communis Sacilli, et semper vidit quod si aliquis conduceret mercimonium aliunde quam per Sacillum non solvendo mudam Sacilli, et eundo absque verbo Domini Capitanei Sacilli vidit eos mercimoniis expoliari et personaliter detineri. Immo ipse conducendo blada ad pertionem ser Bortholusii habuit dampnum et amisit quatuor capita armentarium et unum plaustrum, quas accepit Dominus ~~Franchinus~~ Francischinus super Ponton Carolani. Liber est.

Item Joannes de Dommenizello de Talmasono districtus Porciliarum juratus ut supra suo Sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter exsaminatus dixit quod recordatur quod quidam de Porciliis venerunt persequendo quendam suum inimicum, et non fuerunt ausi eum interficere super districtu Porciliarum, set venerunt ad Cruces de Camollo, ibi eum interfecerunt et reversi fuerunt in Porcillias, et iam vidit quamplures, qui comiserunt homicidium

homicidium et devobauerunt in Camello stare in Sorcillis, dicentes se non com=

isse super districtu Sorciliarum, sed Sacilli et de hoc vidi impugnare Domi=

nos de Sorcillis qui sustinebant eos qui dicebant quod non comiserant

super suum districtum. Et semper audivit dici in Sorcillis et alibi Dum=

dum recordatur cum recordetur bene sexaginta annorum quod ab illa fossa

que est super Cruces ubi est cesa citra versus Sacillum est gantum, et

jurisdictio Domine Patriarche et Communis Sacilli. Et semper vidit Dom.

Capitaneum Sacilli, seu ejus familiam custodientem stratam super toto

Camello usque ad la Fossalatam que est versus Pratam, et si inveniunt

res euntes contra bannum accipiunt usque ante Brugnariam, Pratam

et Sorcillias. liber est;

Item Saimiancy de Pausis districtus Sorciliarum jurates et supra Sacra=

mento suo testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet

quia diligenter examinatus dixit, quod quodam tempore attendebat

in malefacere, et ipse cum quadam sua societate voluerunt devoba=

re mercatores et fuerunt septem et strata tunc temporis multum =

currebat per Sacillum, et sunt transacti quinquaginta anni, et fuerunt

concordes, et venerunt ad Sanctum Pelegrinum de Strata, et habito consi=

lio inter eos dixerunt ne faciamus citra fossam de Crucibus ut non

barramamur de Porcilliis et districtu set traxeamus ultra et ibi faciamus factum nostrum et venerunt usque ad la fossa ubi nunc est cessa desupra cruces set eo tempore maior erat, et steterunt a vesperis usque ad alium diem, ned nichil potuerunt facere. Et semper audivit dici quod garitum Camolli a Crucibus citra versus Sacillum est Communis Sacilli. Et vidit comitere homicidium ad Cruces de Camollo, et tunc redire in Porcillias, quia dicebatur, quod non erat districtus Porciliarum a Crucibus citra versus Sacillum; et semper vidit quod siqui rei vadunt contra bannum absque licencia Domini Capitanei Sacili, vidit res et marcimonia accipi per Dominum Capitaneum Sacili et ipse amisit quatuor capita armentorum, et unum plaustrum quas accepit Dom. Franceschinus ante Cabulano conducendo bladum Domini Bortolussii de Porciliis. Et quadam hora ibat cum uno porcario versus Portumbufuledi, et Capitaneus Sacilli accepit sibi porcos et ipse eum accordavit in una Marcha soldorum filo etc.

Item ser Antonius qm. Domini Odorici habitans Prate iuratus ut supra suo sacramento testificando dictum deposuit in hunc modum videlicet quod bone memorie ~~recordatur~~ recordatur quadraginta annorum. Et semper audivit dici ab antecessoribus suis quod a Crucibus citra versus Sacillum est garitum et iurisdictio Ecclesie Aquilegensis, et Communis Sacilli et ~~datur~~ durat usque ad Fossalatam que est versus Pratam. Et semper vidit malefactores comitentes maleficium et homicidium in Camollo capi et detineri per Dominum Capitaneum

Sacilli

~~Sacilli et ejus homines dicte~~ Terre et si aliquod mercimonium conducitur aliunde quam per Terram Sacilli non solventem mudam vidit accipi per Dominum Capitaneum Sacilli et ejus familiam usque super pontes Brugnarie, et Prate, Forciliarum, et Portusbufuledi. Liber est.

Item Mazolinus Notarius de Prata suo Sacramento juratus ut supra dictum Cu-um testificandum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter examinatus dixit, quod dum recordatur semper audivit dici in Prata et alibi, quod gaitum et jurisdictio Camolli a Crucibus citra versus Sacillum venientes usque ad la Fossalatam versus Pratam pertinet et spectat ad Aquilegensem Ecclesiam et Commune Sacilli. Et semper vidit Dominium Sacilli de homicidio et malefacto facientem jus et de jure procedentem contra comitentes maleficium in Camollo et jam cognovit et vidit quamplures quod suo tempore dum recordatur, qui derobaverant, et commiserant homicidium ad Cruces de Camollo qui postmodum manebant in Forcilliis dicentes se non comisisse in districtu Forciliarum et semper audivit dici quod si aliquod mercimonium vadit contra bannum videlicet non solvendo mudam Sacilli, Dominus Capitaneus Sacilli et ejus familia ea accipiunt ubicumque inveniunt usque ante Forcilias et super Pontes Brugnarie, Prate, et Portusbufuledi nec umquam vidit aliquam personam contradicentem. Liber est.

Item Ser Lutufredus qui Domini Gaschati de Aviano juratus ut supra suo sacram
+ et hunc modum ordinavit quia diligenter interrogatus dictum suum deposuit
ento testificando dictum dictum suum deposuit + dicens, quod Ante ser Jacobo Bragaza Potestate Sacili, due romerie derobate fuerunt in Camollo citra Cruces et venerunt se ad conquerendum ipsi Potestati, et tunc statim misit familiam suam et acceperunt super Camollo duos qui eas derobaverunt et conduxerunt Sacillum, et vidit eos excoriari et Banniri de Sacillo. Et semper audivit et propne vidit dum bone memorie recordatur quadraginta quinque annorum quod quantum seu jurisdictio Camolli spectat et pertinet ad Aquilegensem ecclesiam et Commune Sacilli et semper vidit homines dicte Terre facientes et procedentes de jure contra malefatores comitentes in Camollo et vidit semper, quod si que res seu mercimonie irent contra banno non solvendo madum Sacilli ubicumque invenerunt super Camollo accipiuntur per Dominum Capitaneum ejusque familiam usque super pontes Brugnarie, Prate, et Porciliarum nec unquam vidit aliquam personam contradicentem. Et jam ipso morante cum Dom. Resto de Calle tunc temporis Capitaneo Sacilli fuit ad accipiendum res et mercimonia, que ibant contra bannum usque super pontes predictorum locorum, nec unquam vidit aliquam personam contradicere, quia habebant in mandatum ea accipere ubicumque inveniebant usque super pontes predictos et nunquam fuerunt astricti ad aliquid restituendum:
~~cuiusm~~

restituendum nisi sua bonitate faciebant sibi curialiter sin autem dampnum erat eis, liber est &

item Madalgisius de Sovicilis nunc habitator sancti viti juratus ut supra suo sacramento testificando dictum deposuit dicens quod morante eo in Sovicilis audivit semper dici quod crucibus ultra versus Sovicilias est [illegible] et jurisdictio de Sovicilis, set ab inde citra versus Sacillum pertinebat ad jurisdictionem Sacilli. Et ipse cum quodam ejus cognato et duobus suis consanguineis persecuti fuerunt quedam suum inimicum qui eum offenderat, et prospicierunt eum citra cruces versus Sacillum quia volebant facere super districtum Soviciliarum set non venit inde et quamplures jam vidit qui comiserant homicidium et deroberunt citra cruces versus Sacillum, et manebant in Sovicilis dicentes se non comisisse in districtu Soviciliarum. Et semper audivit dici et prope vidit quod si alique res vadent aliunde quam per Sacillum vitantes stratam, dominus Capitaneus Sacilli eas accipit sine aliqua contradictione. Liber est &

item Varnissa de Campa juratus ut supra suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet et quod bone memorie recordatur sexaginta annorum, et quod tabulanum non erat factum, et ibi erant pontes gradicii et homines aliquando inde conducebant mercimonia, et dominus Capitaneus Sacilli, eos mercimoniis expoliabat, set dicebant se nescire stratam et tunc cruces fuerunt posite ubi nunc sunt tanquam signacula hominum de Sacillo

et ut non ~~[illegible]~~ habeuerit illam scusam et semper audivit dici, quod a fossa que est de supra Cruces versus Sacillum est zaritum Domini Patriarche et Communis Sacilli et si quod homicidium factum fuerit et derobatum, homines de Sacillo faciunt et procedunt de jure. item dixit quod si aliquid merrimonium vadit contra ~~bannum~~ non solvendo mudam dominus Capitaneus Sacili illud accipit usque ~~[illegible]~~ Pontes Birgnarie, Prate et Porciliarum sine aliqua contradictione Liber est non ~~servus~~ servus, non doctus set citatus etc.

item Landulfinus de Aviano juratus ut supra suo Sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter examinatus dixit dixit quod jam fuit tempus quod attendebat ad male agere et fuerunt quidam socii qui voluerunt derobare in Camollo et venerunt simul et dixerunt ne comitamus citra Cruces versus Porcillias ut non possemus bannum de Porcillis set faciamus ultra fossam ubi nemo sunt casse de supra Cruces quia non est districtus Porciliarum set Sacilli, et nemo sciet, et ibi attenderunt et fecerunt facta sua et semper audivit dici ubi semper fuit in his contratis quod ab illa fovea de supra Cruces versus Sacillum est zaritum Domini Patriarche et Communis Sacilli et durat usque ad la Fossabatam de versus Pratum, et quandocumque socii volebant mala comitere dicebant transeamus foveam. jam vidit de illis qui comiserant et retrahebantur in Porcillias et semper audivit dici, quod si quod merrimonium vadit contra bannum non solvendo mudam Dominus Capitaneus

Sacilli

Sacilli ea accepit super toto Camollo et usque super ponte Brugnarie Strate

et Forcilliarum sine aliqua contradictione. Liber est.

Item Dominus Oprigenius de Colle juratus ut supra suo Sacramento testi=

ficando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet, quod ante Dom. Resto

* potestate Sacilli audivit, dum ipso morante cum dicto fratre

ejus Fratre* suo a singulis hominibus de Sacillo, et de contratis quod Sacitum

et jurisdictio Sacilli durabat usque super Cruces de Camollo tenendo usque ad la

Fossalatam de versus Stratam, et si quod homicidium vel maleficium comitte=

batur ad inde citra, tenebantur de jure procedere, et tunc temporis juvenis

erat et accipiebat de sociis quos volebat, et frater ejus dicebat eis ite et custodi=

ite usque de supra Cruces, et usque ad la Fossalatam et si quem invenietis

conducendo mercimonium ubicunque inveneritis et usque super ponte Brugnarie, et

Strate et si aliquis contradicit nisi permittatis, et redeuntes permittatis me facere quia

secure pro uno accipiam eis duplum et quadam hora acceperunt uni porcario XLV.

porcas ante Brugnariam et conduxerunt Sacillum et tunc ille porcarius concordavit

se cum eis sed non recordatur in quantum. Liber est.

Item Dominus Succello natus qm. Dom. Retti de Colle juratus ut supra suo Sacra=

mento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter

examinatus dixit. Quod ~~ante~~ ante Patre Fratre suo Potestate Sacilli mittebat eum cum sociis

ad custodiendum stratam dicens, ite et custodite usque desuper Cruces et usque

ad la Fossalatam de versus Prata et si invenerentis mercimonia transeuntia, accipiebant usque super portes Brugnerie, Prate et Porciliarum, et sic faciebant. Et quidam venerunt se ad conquerendum quod erant derobati in Camello ad Cruces. et tunc statim Pater ejus misit eum cum quibusdam sociis et non potuerunt invenire quia iverant in Porcillias, et tunc Pater ejus fecit eos clamare ad rationem et bannissi secundum consuetudinem Terre Sacilli. Item dixit quod ipse cum duobus ejus sociis acceperant undecim boves cujusdam de Avergono quos conducebant versus Brugneriam et conduxit Sacillum, et quinque restituerunt, et sex restituerunt pro duabus marchis soldorum, nec unquam vidit quod aliquis contradiceret de pluribus aliis rebus quas accipiebant euntes contra bannum, nisi sua bonitate restituebant pro tributo libere etc.

Item Almaricus Baraga de Coneglano juratus ut supra suo Sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter examinatus dixit quod ipse ante Vicepotestate Sacilli dicebatur per custos quod gentum et jurisdictio Sacilli durabat usque ad Fossam de supra Cruces Camelli, durante usque ad la Fossalatam versus Pratam et ibi mittebant ad custodiendum semper et ipse interdum personaliter ibat et custodiebat, et quadam hora invenit Rafanellum porcarium conducentem porcos et non solverat mudam Sacilli et accepit eos et conduxit Sacillum, et tunc concordavit se cum eo et sociis in tribus marchis soldorum et quamplures alia mercimonia accepit et fecit accipere

accipere usque super pontes Brugnane Prato, et Porcilianum nec unquam
vidit quod aliquis contradiceret et continue omni anno faciebat affigere
cruces in Camello ubi nunc sunt, nec unquam sibi contradictum fuit
quia quando inveniebat mercatores euntes versus Brugnariam et cruces
non erant affixe dicebant se nescivisse viam Liber est.

Item Illotus hospes de Sancto Flore juratus ut supra suo sacramento testi-
ficando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod morante ipso
cum Domino, Nesto tunc temporis Capitaneo Sacilli mittebat eum cum aliquis
sociis ad custodiendum stratam et dicebat, ite et custodite usque supra cruces
et usque ad la Fossalatam de Prata, et si inveniretis aliquas res euntes ver-
sus Brugnariam et Pratam accipiatis eas et conducatis huc et invenerunt
una nocte quendam de Utino qui vitabat stratam et conducebat per versus
Brugnariam vitulos et vachas sed non recordatur de quantitate, et ipse et
quidam alius socius qui venerant pedestres ipsum detinuerunt et conducebant
Sacillum, set ille dedit eis decem libras pro qualibet et tunc permiserunt
eum liber est.

Item ser Bartoldus de Ceppo juratus ut supra suo sacramento testificando
dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod semper audivit dici a
veteribus hominibus Campe et de contratis et ab antecessoribus suis, quod a Cruci-
bus que sunt super Camello citra versus Sacillum est garitum et iurisdictio
ecclesie Aquilegensis et Communis Sacilli. Et semper vidit homines de Sa-
cillo levantes ius de homicidio et malefacto quod fieret super toto Camello
malefactores capiendo et de iure puniendo et procedendo, secundum consuetu-
dinem Terre Sacilli. Nec unquam vidit aliquem contradicentem. Et semper

dum fuit ad custodiendam Fora Sancti Laurentii, Sancti Martini, et Quercuum mittebat super facto Camallo, si alique res irent contra bannum et eas facit accipere nec unquam vidit aliquem contradicentem et si aliquis fecit rumoram super fora predicta vel aliquod malum comisisset et fugerent, faciebat currere post eos causa detinendi usque ad Cruces et si alique res irent contra bannum non solvendo Mudam Sacilli semper vidit Dominum Capitaneum Sacilli eas accipientem usque super pontes Brugnane, Strate, et Porcilearum et de his recordatur multis acceptis fuisse nec unquam vidit aliquem contradicentem. Liber est q.

Item magister Richerius Sartor de Portunaonis juratus est ut supra suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet. Quod recordatur quod quidam derobati fuerunt in Camollo, et venerunt se ad conquerendum Dominio Sacilli ipso tunc temporis morante in Sacillo, et tunc Dominus Capitaneus et quamplures de Sacillo currerunt post et non potuerunt eos capere quia fugerant in Porciliis et tunc iverunt in Porciliis, et dixerunt Domino de Porciliis, quod deberet sibi illos dare quia derobaverunt in Strata, et hoc fuit tempore regiminis Domini G. de Camino veteris; ad illi responderunt quod volebant, quod quilibet qui veniret in suo Comitatu esset securus dummodo non comisisset malum super suo districtu et sic redierunt, sed fuerunt clamati ad rationem et ipsis non comparentibus vidit et audivit banniri banniri. Et semper audivit dici quod Confinia Sacilli durat usque supra Cruces tenendo usque ad la Fossalatam versus Stratam. Et si que res vadunt contra bannum non solvendo Mudam Sacilli vidit Dominum Capitaneum Sacilli eas accipientem usque super pontes Brugnane, Strate et Porciliarum, Liber est q.

Item Dinus

Item Vinus dictus Barba de Nerlis de Florentia juratus ut supra suo Sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod semper audivit dici, quod a Crucibus citra versus Sacillum est iurisdictio et juritum Ecclesie Aquilegensis et Communis Sacilli, et semper vidit Capitaneum et homines de Sacillo tenentes jus de malefitiis et de robato et de convinctis super maleficio facere rationem, et de jure procedere, et si aliquod matrimonium vidit contra bannum non saluando Medam Sacilli vidit Dominum Capitaneum Sacilli ipsas res accipientem usque super pontem Brugnarie, Prate, et Dorciliarum nec unquam vidit et audivit quod aliquis contradiceret nec diceret se jus habere

Item dixit quod ante Dom. Franceschino de la Turre Capitaneo Sacilli fecit accipere quamplura plaustra bladi et armenta super pontem Cabulani, et tunc quidam Canti de Toschis tunc temporis Capitaneus Cabulani pro Domino Cane de la Schalla facte fuerunt magne mine per Dom. Franceschino, et misit maximam querellam Dom. Cani, et tunc Dominus Franceschinus misit ad Dominum Canem dicentem et ostendentem de jure Terre Sacilli qui Dominus Canis dixit quod habebat jus et fecerat de jure et misit precipiendo Capitaneo suo Cabulani ut ut non deberet se impedire, et permitteret Dominum Franceschinum et homines de Sacillo uti de jure suo qui Dominus Franceschinus habuit totum bladum et Armenta, nec restituit alicui aliquid. Liber est et non coactus, non doctus precium non recepit, et vellet jus habentem vincere.

Item ser Mateus de Elate de Zaucis districtus Dorciliarum juratus ut supra suo Sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia vidit jam quamplures qui comiserant homicidium, et de magno malo in Camallo in Dorcillis et per bonos homines representabantur Dominis

de Dorcilliis qui tales malefactores tenebant, et quod non erat ejus honorem, qui dicebant, quod valebant, quod omnes essent secum, et possent manere in suo Comitatu postquam malum non comisarant in eorum districtu, et semper audivit dici quod a Crucibus citra versus Sacillum est garitum et jurisdictio Ecclesie Aquilegensis, et Communis Sacilli et vidit semper quod illi de Sacillo processerunt de jure contra illos qui comiserant malo in Camollo maxime a Crucibus citra et si que res vadunt contra bannum vitantes stratam Sacilli vidit et audivit Dom. Capitaneum et homines de Sacillo eas accipere usque super pontem Brugnarie, Urate, et Dorcilliarum nec unquam vidit et audivit quod Domini de Dorcilliis nec aliunde dicerent se jus habere Liber est,

Item Ovoricus de Sancto Cassino de Liquentia juratus et super suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod semper audivit dici, quod a Crucibus que sunt super a Camollo citra versus Sacillum est garitum, et jurisdictio Ecclesie Aquilegensis et Communis Sacilli, et jam vidit puniendo per homines Sacilli et Capitaneum quamplures qui comiserant malum in Camollo et semper vidit quod si aliqua res irent contra bannum videlicet vitando stratam Sacilli non solvendo mudam, Dominus Capitaneus Sacilli eas accepit ubicunque eas contingit, et jam vidit accipiendo super pontes Portusbufuledi, et Brugnarie, et Cabalam cum Dominus Franceschinus accepit bladum ser Bortholusi de Dorciliis Liber est,

Item ser Laurentius de Cigana comorans Brugnarie juratus et super suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter examinatus dixit quod jam vidit plures per suos dies qui comiserunt homicidium et derobaverunt in Camollo stantes in Dorcilliis et Brugnaria et homines multum admirabantur quomodo manebant ibi et quod domini detinebant eos

et jam

et jam ipse cum quampluribus nominibus dixit dom Federico de Sorcilliis qui tunc temporis erat major Domus quod tenebat quendam, qui vocabatur Chitus de Moserada, qui derobaverat ad Cruces et interfecerat unum mercatorem cum una valisce secum se, qui dixit, quod non comiserat malum super suo districtu, et quod intendebat quod quilibet esset securus sub suo comitatu, et semper audivit dici quod a Crucibus citra versus Sacillum est garitum dicte Terre et semper vidit homines dicte Terre de jure procedere contra malefactores qui malum comiserunt in Camollo et si que rediunt contra bannum videlicet sine verbo Capitanei Sacilli, vidit ea accipiendo, nec unquam audivit quod Domini de Sorcilliis in aliquo contradicerent et jam lucratus fuisset plures denarios de pluribus mercimoniis, si ausus fuisset eas conducere Brugnaram, set illo timore non fuit ausus Liberaste.

Item Andreas de la Cigogna juratus et super suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod semper audivit dici quod juridictio et garitum Camolli pertinent ad Aquilegensem ecclesiam et Commune Sacilli et si quod homicidium fit vel aliquod derobatum fuerit ad homines Sacilli pertinent facere jus a Crucibus versus Sacellum, et vidit jam plures, qui derobaverunt in Camollo et interfecerunt homines manere in Sorcilliis et Brugnaria et petit quomodo erant ausi manere qui dicebant, quod fecerunt ad Cruces super districtu Sacilli et si que res vadunt contra bannum vitando stratam Sacilli, Dominus Capitaneus Sacilli accipit ubicumque comprendit super toto Camollo, et usque super pontes Brugnarie, Frata, Sorcilliarum et Sordus Bafuledi, et si volunt unquam conducere illadum Brugnaram venit ad Capitaneum Sacilli ad recipiendum licenciam, et jam vidit plura mercimonia

accipi per Capitaneum et homines Sacilli usque super pontes locorum praedicto-
rum liber est q.

Item ser Mattheus de Clerico de Marono juratus ut supra suo sacramento testifi-
cando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quia diligenter interogatus res-
pondit quod quidam de plebe S[illegible] conduxerat quendam affinem suum ad vituperium
et ipse et amici sui sciverunt quod veniebat ad videndum uxorem suam prope Mus-
chum et tunc ipse cum quatuor aliis venerant ad volendum interficere eum, set
tunc consultum fuit eis, quod non agrederentur eum, nisi cum fuerit transactus
subtus Cruces Camolli, quia tunc erat in districtu Sacilli nec propterea venare
nt manere in Marono, et sic fecerunt et iverunt ad requirendum subtus Cruces
set ille venit cum tam magna manu, quod non ausi fuerunt eum agredi et semper
audivit dici quod a Crucibus citra versus Sacillum est garitum et jurisdictio Commu-
nis Sacilli et si aliquis conducit matrimonium vitando stratam Sacilli Dominus
Capitaneus Sacilli et homines dicte Terre ea accipiunt, etiam vidit accipiendo
in Marono, quod nemo fuit ausus contradicere aliusque super pontes Braynone, et dicto
liber est q.

Item ser Ancollus de Canipa juratus ut supra suo sacramento testificando
dictum suum deposuit dicens quod semper audivit dici cum bona memorie recordabatur
sexaginta annorum quod a Crucibus citra versus Sacillum est garitum et jurisdictio
ecclesie Aquilegensis et Communis Sacilli, et vidit semper Dominum Capitaneum
et homines Sacilli tenentes jus et homicidio et devobatione factis in Camollo
a Crucibus citra et semper in quantum fuit ad custodiendum fora seu mercata
Sancti Laurentii, Sancti Martini, et Quercuum ibat cum sociis suis ad custodiendum
usque supra Cruces, si aliqui ivi iverit contra bannum et si inveniebant eas accipiebant

et semp

et semper audivit dici et vidit quod si aliquis conducit mercimonium vitando stratam non solvendo mudam, Dominus Capitaneus Sacilli ea accipit nec unquam audivit quod aliquis contradiceret, et cum aliquis fecerat rumorem vel aliquod malum in dictis mercatis, currebant post eos ad capiendum usque ad foveam de supra Cruces, quia ibi dicitur esse confine gastaldie Sacilli. Liber est.

Item ser Dalcetus de Campa juratus et supra suo sacramento testificando dictum suum deposuit in hunc modum videlicet quod bone memorie recordatur sexaginta annorum et ultra et semper audivit dici quod a Crucibus, que sunt super Camollo citra versus Sacillum est gastaldie et jurisdictio Ecclesie Aquilegensis et Communis Sacilli et semper vidit Dominum Capitaneum et homines de Sacillo facientes jus de homicidio et robatorio, quod factum esset in Camollo a Crucibus citra et jam vidit plures exequtos et de jure contra eos processum et si que res vadunt contra bannum vitantes stratam Sacilli Dominus Capitaneus Sacilli et homines dicte Terre ea accipiunt sine contradictione alicujus persone usque super pontes Brugnane, Ficti et Porciliarum. Liber est.

Ego Bartholomeus quondam Thomasii Bechari imperiali auctoritate notarius et officialis Communis ex mandato et commissione mihi injunctis per Reverendum Patrem et Dominum Dominum Bertrandum Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Dignissimum Patriarcam dictas atestationes et depositiones testium suprascriptorum fideliter et bona fide scripsi et in formam publicam reduxi.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tom. 11. Doc. 1327. pag. 106

C. Frangipane

1338 31. maggio Compromesso per confini tra Polcenigo e la chiesa di Aquileja per la comune di Aviano. 

# In Christi Nomine Amen.

Anno ejusdem nativitatis [illegible] [illegible] millesimo Tricentesimo Trigesimo Octavo Ind. sexta die ultimo mensis Maij presentibus — D. C. Zeno filio q. Bonii de Villa nova commorante in Sardaco, Nob. D.º Fortanerio (brizeria) de Porziliis f. D. Bono nominato Marco dicto Mercuchino filio D. Nicolaj de Brazzardo de [illegible] [illegible] [illegible] D. Leonardo de dicto Brazzardo [illegible] olim Francisci de Moniçago f. Anto.º Notario de Polcenico, et alijs pluribus ad hec vocatis et rogatis.

Nobiles Domini Ioannes et Odoricus de Villalta electi ex parte Domini [illegible] de Pulcinico et Domus sue, et Nobiles Viri Federicus de Savorgnano et (Benevenutus) [illegible] de Sacilo et [illegible] de [illegible] electi pro parte Ecclesie Aquilegensis et Comunis Avianj sive nomine Aviani Arbitri, et Arbitratores et amicabiles compositores et amici comunes, questionis et litis confinium Montis sive Montium intra Avianum et Polcinicum, et [illegible] [illegible] et Fariti et segarie predictorum pro bono pacis et concordie auditis et intellectis juribus et rationibus utriusque partis super questione predicta laudaverunt et sententiaverunt atque mandaverunt [illegible] compromissi in manibus predictorum, facis et [illegible] inter dictas partes, quod ab [illegible]

et secundum quod Alveus descenditur a [illegible] [illegible]
de Jaco Supra illos Montes usque ad [illegible] [illegible]
de Sambugio cum toto Sambugo, et deinde ad Montem
Montis Cavalli, cum toto Monte Cavallo, esse debet
Patriarcatus Aquilejensis de garito pertinentiae
[illegible] Aviani, sive versus Montem, sive versus Montem
Sugaris, et a dicta Sambugia, et Sambugo, et Monte
Cavallo versus Polcinicum, sive sero, esse debet Dominorum
de Pulcinico de garitu pertinentiae Pulcinici, et dixerunt
sententiando quod dicti Domini de Pulcinico habere
debeant [illegible] sedaria et casulos in Montibus [illegible]
Montis Cavalli et pertinentiis Aviani in [illegible]
secundum suo sedarie et [illegible] dictos suos casulos
ut hactenus usi fuerunt non prejudicando Juri alicujus
alteri sedariae in dictis Montibus et [illegible]
sedariis sive in garito dictorum Dominorum de Pulcinico, et
[illegible] Dominii Patriarchae habere debeant ut e
[illegible] nullus possit [illegible] in casulis sedariae
alicujus de Aviano neque [illegible], et dixerunt
sententiando quod illi de Pulcinico possint ire super
Montibus praedictis de garito praedicto [illegible]
[illegible] Ligna trabes et [illegible], et alia
[illegible] sibi necessaria pro suo usu, et non causa
vendendi alibi, nisi solo pro suo usu, et si [illegible]
[illegible] Pulcinico faceret aliqua Ligna in dictis Montibus
et [illegible] Aviani, vel aliquis ejus Massarius [illegible]

vellet quod faceret causa vendendi, et non pro suo usu credatur illis, vel illis de Caltenico pro sacramentum usque ad summam sol. quatuor denariorum personae nisi convinceretur mobascetur.

Item dixerunt et sententiaverunt quod tota aqua Artugne perpetuo sit et esse debeat Comunis Aquileiensis et hominum Aviani, et quod homines Aviani possint conducere dictas aquas per Salerias et Bojas et quomodocumque voluerint ad istas Aviani a parte Artugne versus mane sine contradictione aliqua dictorum de Caltenico.

Hoc pacto et conditione quod illi de Dardago possint ire et venire ultra Artugnam ad acquirendum de aqua dicte Artugne pro suis usibus et suarum bestiarum non devastando rojas neque aliquo edifficium dicte Roje nec deturbando aquas, et quod illi de Dardago possint incipiendo qualibet nocte qualibet die veneris incipere aquas dicte Roje in quocumque loco voluerint in suis Salerijs causa conducendi ad aliquod suum Cambiamentum et in crastinum ante solis ortum vel in ortu tollere restituere Rojas illorum de Aviano predictam velut reperiuntur.

Item dixerunt sententiando et arbitrando quod a Valle ... de Laetres sive a qua dictae Vallis ... de ... sicut a pede Montis descenditur usque ad summitatem dictae Vallis, et deinde ad rectam Crodam, sive ... spigolum et summitatem sive puntam dicti ... usque ad alveum dicte Artugnae versus occidentem sive ...

et a pede Montis supra predictis de Baredage et ... in
perpetuo possint pascere et puare, et uti cum suis bestiis
et animalibus sine contradictione illorum de Ariano nec
nostrando non devastando prata nec nemora illorum in vano
sine pascendo vel damnum aliquod faciendo veniendo, et
predeundo per viam usitatam ad dictam Montem ... quolibet
eorum de Sulcinico et Ariano habeant et teneant sua
prata, et nemora prout sunt in posito dni ... marchionis
sive dictorum Dominorum de Sulcinico sine contradictione
partis utriusque, et dixerunt sententiando quod
utraque pars possit ire per viam usitatam ... cum
bestiis, plaustris, et ... ad Vallem ...
... et illis partibus ad incidendum et ...
faciendum et conducendum ligna ad ... eiusque
pertinentias ad suam voluntatem, et utilitatem faciendam
sine contradictione utriusque partis, et si quis
dictarum transiret dictos limites et confines in
pariito alterius partis in ... sive ...
... banno solvere teneantur alteri solidos quadraginta
denariorum parvorum pro ... ... et ...
... quoties contrafecerit et si animal equus vel equa
iret in pascuis aliquarum dictarum partium non debeat
de damno, sed reducatur, et redigi debeat ac suo ...
Cum omnia, et singula laudaverunt firma observare et
adimpleri a dictis partibus sub pena, et in pena
Marcarum quinquaginta denariorum monete nove Aquilegensis
quod acontraverunt dixerunt et nominaverunt sententiaverunt ... ... fu

[illegible] sententia [illegible] Franciscus et [illegible]
[illegible] domini [illegible] de [illegible] pro se et nomine [illegible]
[illegible] affirmaverunt et [illegible] Domini
[illegible] domini [illegible], et [illegible] fratres
filius Domini [illegible] de Asiano pro se et nomine [illegible]
[illegible] affirmaverunt, et [illegible] [illegible]
[illegible] pro [illegible]
[illegible] nomine [illegible] Asiani [illegible] et [illegible]
[illegible] convenientes affirmavit, et [illegible]
[illegible] sub pena [illegible]
[illegible] habeat [illegible]
[illegible] de [illegible]

[illegible], et [illegible] sententia [illegible]
[illegible]

Ego [illegible] [illegible] de Asiano [illegible]
[illegible] Notarius, [illegible] et rogatus scribere [illegible]

[illegible] da un Processo esistente nella [illegible]
[illegible] [illegible]

Copia estratta dal Processo [illegible] carte N.o 8 [illegible]
nell'Archivio delli [illegible] Pietro, e Francesco [illegible]
[illegible] Francesco Mario [illegible]

[illegible]

hige

dili

ibus

jacobo

Federico

nazalia

Conth

vandr

Vommy

walke

lei

u prog

miray

cepto

vam

have

lbus

et

w

1339. 8. marzo — Bertrando Pat: investe Gerardo e Rizzardo di Camino dei feudi che tenevano dalla Chiesa d'Aquileja.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, Ind.e septima, die octavo mensis Martii, presentibus venerabili in Christo Patre Dom. Guidone Dei gratia Episcopo Concordiense venerabilibus viris Guillelmo Decano, Morando de Porcilliis Canonico Aquilegensi, Jacobo de Carraria Canonico Tervisino ac nobilibus viris Dominis Hectore et Federico de Savorgnano, Gerardo de Cucanea, Hermano de Carnea militibus et Brazalia de Porciliis et Batto notario de Utino testibus et aliis pluribus. Constitutus in presentia Reverendissimi in Christo Patris et Dom. Dom. Bertrandi Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche nobilis et potens vir Dominus Gerardus de Camino Comes Cenetensis vassalus Ecclesie Aquilegensis humiliter supplicavit eidem, ut ipsum suo et Domini Rizzardi de Camino fratris sui similiter Comitis Cenetensis nomine de feudis suis, que fratres ipsi et sui progenitores de Camino habuerunt ab Ecclesia supradicta investire benignius dignaretur qui Dom. Patriarcha ipsius supplicationibus inclinatus recepto prius ab eo pro se et dicto suo fratre fidelitatis et vassalagii debito juramento quod vassalus Domino suo prestare in talibus consuevit, eundem heredum nomine recipientem de omnibus feudis suis antiquis, justis et legalibus eo jure, quo ipsorum progenitores de Camino illa antiquitus habuerunt et tenuerunt ab Ecclesia memorata, per fimbriam sue clamidis presentialiter

investivit salvo jure Aquilegensis Ecclesie et subiectorum suorum, et omnium personarum. Quibus peractis predictus Dominus Patriarcha mandavit predicto Domino Gerardo sub debito prestiti juramenti quod usque XXX. Dies proxime venturos eidem tradat in scriptis quecumque ipse, et predictus frater suus habent et tenent in feudum ab Ecclesia supradicta.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Verci Storia della Marca Trivigiana

Tom. 11. Doc. 1338 pag. 132

Frangipane

1339. 4. giugno — Bertrando Pat: invia ambasciatori a Conegliano per indurre quel comune ad assoggettarsi alla sua chiesa, assenso di questo e patti proposti:

Nobilibus et prudentibus viris amicis nostris Karissimis Regimini Consilio et Communi Terre Conegliani Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus salutem, et dilectionem sinceram. Ad vestre amicitie, et sinceritatis presentiam Ambasciatores fideles nostros nobiles viros Rodolphum Dominum de Duyno, Federico de Savorgnano, et Gerardum de Cucanea Milites, ac Salvarum de Mani aco, Franciscumque Bojanum de nostra Civitate Austria transmittimus de nostra intentione plenissime informatos. Quibus super hiis, que vestre prudentie pro parte nostra duxerint exponenda, fidem adhibere velitis credulam tanquam nobis.

Datum in Terra nostra Sacilli IV. Junii ind.^e^ VII.

Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo nono ind.^e^ VII. die V. mensis junii.

Ordinatio super statu et reformatione Terre Coneglani

In primis quod homines dicte Terre ipsam cum toto districtu libere subiciant Dominio et gubernationi Reverendissimi Patris et Dom. Dom. Bertrandi D. G. S. Sedis Aquilegensis Patriarche recipientis subjectionem huiusmodi nomine Domini nostri Summi Pontifici, et Sancte Romane Ecclesie post quam subjectionem idem Dominus Patriarcha regat ipsam Terram secundum dispositionem infrascriptum

et primo quod reget et gubernabit secundum statuta et conditiones eorum a longo tempore citra approbatas, factas, congendas et deinceps fiendas et secundum iura comunia. Collectas non imponet eis nec Gabellas novas, seu alia quecumque inusitata gravamina.

Item quod de bonis dicte Communitatis, et districtus recipiet annuatim mille Florenos auri, de quibus providebit Potestati seu Vicario, quem ibi ponet ad regimen dicte Terre residuum vero redituum dicte Terre et eius districtus per aliquos prudentes assumendos per Potestatem et Commune Conegliani dispensetur in necessitatibus et utilitatibus Terre predicte.

Item quod idem Dom. Patriarcha realiter procurabit quod in generali Parlamento totius Foroiulii homines Conegliani et totum districtum eiusdem recipient in illa vicinitate et confraternitate, quam habent inter se Comunitates et Castellani totius Patriarcatus Aquilegensis et ita in omnibus necessitatibus Terre predicte ipsam et eius districtum adiuvabunt sicut consueti sunt seipsos ad invicem adiuvare in adversitatibus generalibus, et particularibus eorumdem.

Item quod idem Dominus Patriarcha dabit operam in quantum poterit quod Terra Conegliani muniatur omnibus victualibus necessariis.

Item quod idem Dom. Patriarcha procurabit omnino quod Dominus Papa receptionem huiusmodi factam per ipsum nomine Rom. Ecclesie per Apostolicas literas aprobabit, ac ratam confirmabit.

Item quod idem D. P. Terram Conegliani predictam et eius districtum per tempora defendat in forti bracchio ab oppressionibus quorumcumque secundum quod faceret quamcumque Communitatem Ecclesie Aquilegensi subiectam suis sumptibus et expensis.

item quod Idem D. S. tractabit Commune et homines Coneglani et ipsam Terram Coneglani exceptos a qualibet Civitate, Consilio et Universitate, preter quam a S. Romana Ecclesia et Sacro imperio non vacante et dabit operam cum effectu recuperandi omnia bona Communis Coneglani si qua per aliquos forent occupata.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tomo 11. Doc. 1355. pag. 149

Frangipane

1339. 9. giugno — Il comune di Conegliano fa procura ad un nuncio per ricevere dal Parlamento la ratifica de' patti fattigli dal Pat.: per la sua dedizione 

Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo nono Ind. VII. die IX. mensis Junii presentibus Raphaele et Blasio preconibus Communis Conegliani vincendo de la fossa de S. Vindemiano. Jacobucio filio qm ser Zambom de Collalbrico qui habitat in Conegliano, et aliis pluribus testibus ad hec vocatis. in domo Communis Castri Conegliani, in majori, et generali Consilio Terre Conegliani ad sonum Campane m. s. congregato in quo quidem fuerunt ultra duas partes dicti Consilii coram nobili et potenti milite Dom. Federico de Savregnano honorabili Capitaneo et Rectore Terre Conegliani pro s. Matre ecclesia Romana, sive pro Reverendiss. in Christo Patre et Domino Dom. Bertrando D. G. sancte Sedis Aquilegensis degnissimo Patriarcha, recipiente nomine, et vice dicte s. Matris Ecclesie Romane, seu sacri, sancti, et invicti imperii. Et coram Dominis Gaveiono de Gavoniis et Bonmartino de Scotis Consulibus Terre Conegliani, ipsi Domini Federicus Capitaneus et Gavejonus, et Bonmartinus consules pro se ipsis et successoribus suis nomine vice Communis Universitatis et hominum Conegliani, cum consensu, et voluntate hominum Consilii dicte Terre Conegliani ibi presentium. Et ipse omnes infrascripti consiliarii et homines dicti Consilii, qui fuerunt Domini Gavejonus Bonmartinus Consules predicti, Testa de Bagnalo, Ticianus de la Prata Bonifacius de Bagnalo, Vitalis de Colbrusado, Paulus de Carrara, Scotus de Scotis, Riccardus de Scotis, Franciscus Quarta, Gabriel de Buchis Aycardus de la Prata Gerardus de Sulico, Zuccolus de Collalbrico, Gabriel de Marcorago, Bonfanus de Scotis, Citadinus de Montalbano, Dulzius de Colbrusado, Gregorius de Barro, Episcopus de la Mota, Fulcerius de Scotis, Atus de Tajamento, Paulus de Bonaxis, Lambertinus de Tajamento, Joannes de Frejecto, Zanusius de la Porta, Henricus not., Paulus Bazelem, Rucius de Castonbus, Dalmanus ser Antoni

Renaldus de Bonacis, Mazardus notarius, Joannes de Soto, Gabriel de Campo, Avancius Bemba, Almericus Baraza, Bonfranciscus not. Zuccolus magistri Rubei, Bartoldus Crysta, Terra not. Cresandus not. Nicolaus de Caronellis, Bene de Campolongo, Bortolus mercadantus, Carocius. Lucius, Zambonus not. Franciscus Zugardi, Facinus Foresii, Franceschinus ser Antonii, Jacobus Castellani, Otobonus not. Dominicus de Zardino, Laranus not. et Franciscus Nassii pari animo, ac nemine ipsorum discrepante pro seipsis et vice ac nomine Universitatis, Communis et hominum Coneglani fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt ser Florovassium notarium de Ubaldino de Coneglano ibi presentem volentem et recipientem eorum et dicti Communis Coneglani certum Nuncium Procuratorem et Sindicum specialem specialiter ad comparendum coram presencia Reverendissimi in Christo Patris, et Dom. Dom. Bertrandi D. G. Sancte Sedis Aquilegensis Dignissimi Patriarche * in Parlamento generali ipsius Domini Patriarche et omnium ~~et hominum~~ Nobilium, ac Civitatum totius Forojulii quod in brevi celebrari debet in Terra de Forojulio secundum eorum consuetudines ad recipiendum aprobationem et ratificationem ab eisdem Dominis Castellanis et Communitatibus de Forojulio de promissionibus, ac conventionibus factis per ipsum Reverendissimum Patrem Dominum Patriarcham ~~[illegible]~~ sindicis Communis et hominum, ac Universitatis Terre Coneglani, in eo quod omnes Castellani et Communitates de ~~[illegible]~~ Forojulio recipient, et habebunt homines Commune et Universitatem Terre Coneglani, et ejus districtum in illa, unitate, et confraternitate, quam habent inter se Communitates et Castellani totius Patriarchatus Aquilegensis, et in omnibus necessitatibus Terre predicte ipsam Terram et ejus districtum gubernabunt sicut consueti sunt seipsos ad invicem adiuvare in adversitatibus, et necessitatibus generalibus et particularibus eorundem

et ad promittendum nomine Communis et Universitatis hominum Terre Conegla-
ni similiter omnes Castellanos et Comunitates totius Patriarchatus Aquilegen-
sis habere et tractare in eorum vicinitate et confraternitate sicut seip-
sos habent et tractant ad invicem. et ad jurandum corporaliter in animabus
totius Communitatis, et Universitatis Terre Coneglani sic ~~totius~~ totis temporibus
firmum habituri. Et generaliter ad omnia alia et singula faciendum et
que in predictis et circa predicta videbuntur necessaria, et opportuna, etiam
si specialem exigeret mandatum. Dantes, et concedentes predicti Consules,
ac dictum Consilium et Consiliani dicti Consilii eidem Sindico plenam,
et meram auctoritatem pro predictis omnibus exequendis sicut personaliter
interessent promiserunt habere firmum, gratum et ratum quicquid per e-
dictum eorum sindicum in predictis vel circa predicta, et quolibet predicto-
rum factum fuerit, seu gestum sub ypotheca et obligatione omnium
suorum bonorum, et dicti Comunis Coneglani presentium, et futurorum.

Ego Nicolaus not. de Marchadellis de Cusniga supradictis
interfui et rogatus scripsi.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tom. 11. Doc. 1336. pag. 151

Frangipane

8

usis

iglami

rinus

dicte

Anberi

rondo

arte

iusque

quod

mi et

bantur

vondus

xiiprede

cenus

Farras

tatias

Castro

ae

1339. 27. Luglio Giovanni Gradenigo Podestà di Conegliano consulta ~~sugli~~ il comune sulla Bolla 28 Giugno di Papa Benedetto che leva l'interdetto, perchè s'era dato al Patriarca. 110

Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo nono ind. VII, die XXVII. mensis Julii. In domo Communis Castri Coneglani in majori et generali Consilio Terre Coneglani ad sonum Campane m. s. congregato, petiit nobilis et potens vir Dominus Joannes Gradenico de Civitate Venec. honorabilis Potestas et Rector dicte Terre Coneglani pro Ducali Dominatione Veneciarum sibi Consilium exhiberi quid sit faciendum super infrascriptis litteris Papalibus.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bertrando Patriarche Aquilegensi salutem et Apostolicam benedictionem. Pro parte dilectorum filiorum Cleri, Communis et populi Castri Coneglani, ejusque districtus, Cenetensis Diocesis nuper exstitit propositum coram nobis quod dudum eisdem Castro, et districtu sub tirannide nobilium virorum Mastini et Alberti de la Scala existentibus propter excessus quos ipsi nobiles dicebantur adversus Romanam Ecclesiam commisisse venerabilis frater noster Bertrandus Episcopus Ostiensis tunc auctoritate felicis recordationis Joannis Pape XXII predecessoris nostri legationis in partibus illis fungens officio certos processus habuit contra nobiles supradictos excommunicationis in personas, et in terras quas ipsi tunc detinebant interdicti promulgatas ad eodem Episcopo sententias inter cetera continentes. Et licet processus hujusmodi nequaquam in Castro et districtu predictis extiterint publicati, tamen prefati Clerus Commune ac

Populus propter quod se a iugo huiusmodi tirannidis excusserunt, audito quod in quibusdam Terris que tempore quo dicti processus facti fuerunt detinebantur per memoratos nobiles predictum servabatur, seu observatum extitit interdictum, ad observationem processerunt illius. Cum autem supradicti Clerus Commune ac populus intendant nobis, et Ecclesie Romane tanquam fideles et devoti filii constanter et integre adherere prenominati Commune ac Populus se dictumque Castrum cum suo districtu et Territorio nobis, et eidem Ecclesie subjecerint, ac gubernacionem, regimen et Dominium illorum concesserint eaque tibi recipienti, tenenti et regenti nomine nostro, et Ecclesie memorate tradiderint proponentes ipsi et Clerus predicti ut eorum subiungit petitio in nostra et eiusdem Ecclesie devotione fidelitate ac obedientia stabiliter, iugiter, et inviolabiliter de cetero permanere nobis humiliter supplicarunt, ut providere sibi super premissis de salubri et oportuno remedio de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur prefactos Clerum et Populum quamdiu in suo laudabili proposito persistent volentes prosequi gratiis et favoribus oportunis, fraternitati tue de qua fiduciam in Domino gerimus specialem interdictum predictum, et aliud quodcumque cui ex causa predicta, vel aliis excessibus predictorum nobilium, prefacti Clerus, Commune, ac Populus nec non Castrum supraditum cum suo Districtu et Territorio subjacerent usque ad tempus de quo tibi expedire videbitur eisdem tamen Clero Communi et Populo in nostra, et Ecclesie prefacte devotione prefactisque Castro districtu et Territorio subditis Dominio, et Regimentis et

ecclesie

2550

ecclesie predicte perseverantibus, et existentibus suspendendi; et nihilominus cum singularibus ejusdem Cleri personis, que tempore interdicti ejusdem in Ecclesiis et locis Ecclesiasticis infra dictum Castrum ejusdem Territorium et districtum consistentibus celebrando divina vel immiscendo se illis, nontamen ~~in contemptum~~ in contemptum ~~Clavium~~ Clavium irregularitatis maculam contraxissent, hac vice misericorditer dispensandi, et eis injungendi que de jure noveris injungenda, plenam concedimus tenore presentium facultatem volumus autem quod de caussis et rationibus ex quibus interdictum, vel interdicta predicta fuerunt ibidem apposita et aliis circumstanciis premissa contingentibus quoquo modo ut salubrius et melius eidem Clero, Communi et populo possimus super predictis, prout exigit eorum devotio et expedire videbimus, consulere studeas efficere certiores

Datum Avinioni III. Kal. Julii Pontificatus nostri anno quinto.

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tom. 11. Doc 1359. pag. 158.

Frangipane

1330 30. Luglio Bertrando Pat: conviene con Belluno di far una strada dal Friuli al Piano d'Alpago per Polcenigo. 117.

Da un protocollo in foglio che si conserva appresso di me. (il Sig.r Carlo Fabrizi)

Die penultimo mensis julii presentibus VV. Domino Jacobo de Carraria Canonico Civitatensi, Nobilibus et discretis viris Domino Galvano de Manzano, Nicolao et Minio notario de Aviano, ac Bartholomeo notario de Ceneda testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis. Cum per Reverendum in Christo Patrem, et D. D. Bertrandum D. gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ex parte una et homines et Commune Belluni ex altera tractatum, et propositum foret unanimiter et concorditer de conficiendo, et fieri faciendo unam stratam seu viam de districtu ipsius Domini Patriarche per partes de Pulcinico versus montaneas de Alpago usque ad planum Alpagi districtus Belluni, videlicet unaqueque partium inter confines suos qui confines vocantur Aqua pendent, propriis dictarum partium sumptibus et expensis bonam et sufficientem. Ita quod homines mercatores, et alie quecumque persone cujuscumque conditionis et quocumque nomine censeantur cum personis, rebus, mercationibus, plaustris, et bestiis possint inde commode pertransire cum hac conditione quod transeuntes per ipsam stratam cum personis, rebus, ac mercationibus suis illi videlicet districtuales utriusque partium compelli non possint neque debeant ad solutionem

alic

alicujus pedagij, datij, seu mute ultra solitum morem de per-
sonis, rebus, et mercationibus quibuscumque ... Et si quod dam-
num, violentiam aut incommodum personis et rebus datum vel
factum foret alicui transeunti per ipsam stratam in quo-
cumque locorum intra confines predictos et super Patriar-
chatu et districtu ipsius domini Patriarche per ipsum domi-
num Patriarcham et eius successoris debeat emendari - - - -
- - - - et versa vice ... - - - - - - - - - - - - - -
per ipsos homines et commune Belluni - - - emendari - -
- - Ideo ad executionem omnium predictorum cum idem Do-
minus Patriarcha per se et success: - - - - promisit . .
et sapienti viro domino Raymundo notario de Verano tan-
quam generali - - - procuratori hominum et communis Bel-
luni - - - - - in instrumento scripto per ~~Vincentium~~ Viventium nota-
rium de Rudo Civitatis Belluni ~~quod~~ quondam ser Barrate de Boizano
annis et indictionibus presentibus die vero VII presentis .
mensis julij a me notario infrascripto viso - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - et e converso idem Dominus Bivamundus - - - -
- promisit - - eidem domino Patriarche - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Actum in Castro Utini in Curia Patriarchali.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale

le intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. e pagina 230 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Ad.° di Corpello 20 giugno 1817

[illegible]

1339 .... xbre) Bertrando Patr: nomina un procuratore per riscuottere dal Doge Gradenigo e da Venezia le somme dovutegli pei diritti e giurisdizioni dell' Istria. 118.

~~Da un Protocollo in 4° mancante nel principio e nel fine. Notaro Nicolò da Cividale, che si conserva presso~~ di me ~~(Carlo Fabricio)~~

Noverint universis presentes litteras inspecturi, quod sancte sedis Aquilegiensis divina gratia nos Patriarcha Bertrandus nostro et Aquilegiensis Ecclesie nomine facimus constituimus, et ordinamus nostrum, et ejusdem Ecclesie, verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem providum virum Johannem Sturlatum Campsorem de Venetiis absentem tamquam presentem ad comparendum coram inclitum et magnifico viro domino Bartholomeo Gradenico dei gratia Venetiarum Dalmatie, et Croatie Duce domino quarte partis et dimidii totius imperii Romanie, ejusque Comune et ad petendum exigendum et recipiendum ab eisdem Sextum et duodecim marchas cum dimidia denariorum novorum Aquilegiensis monete nobis et Ecclesie nostre prefate debitas de mense Januarii proxime futuri pro iuribus et jurisdictionibus Civitatis Pole, ac Terrarum Adignani, Rogatie et Vallis secundum pacta noviter inita inter nos et Ecclesiam nostram Aquilegiensem, et dictum Dominum Ducem et Comune Venetiarum, et de his, que receperint, finem, quietantiam liberam et plenam remissionem faciendi ac pactum de ulterius non petendo cum omnibus promissionibus, et cautelis opportunis, et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, que in

pre.

predictis, et circa predictis fuerint oportuna, etiam si man-
datum exigant speciale. Promittentes nostro et dicte nostre
Ecclesie Aquilegiensis nomine firmum ratum, et gratum perpe
tuo habere, et tenere quicquid per dictum Procuratorem nostrum
factum, et procuratum extiterit in premissis, et circa premis-
sa sub obligatione, et ypotheca omnium nostrorum, et Eccle-
sie nostre Aquilegiensis bonorum. In quorum testimonium
presentes fieri jussimus nostri sigilli appensione munitas.
Datum Utini in Castro nostro Patriarchali die men-
sis Decembris. Anno Dominice nativitatis M.CCCXXXVIIII.
Indictione VII.

Noverint universi presentes litteras inspecturi; quod Sancte Sedis
Aquilegiensis dei gratia nos Patriarcha Bertrandus nostro, et
Aquilegiensis Ecclesie nomine facimus constituimus et ordina-
mus providum virum Johannem Stultatum ut supra ad pe-
tendum exigendum, et recipiendum ab eisdem ducentos et vi-
ginti quinque Marchas denariorum novorum Aquilegiensis mo-
nete nobis et Ecclesie nostre prefate debitis in Kal: mensis
Martii proximi futuri pro juribus et jurisdictionibus Istrie
secundum pacta ~~ditum~~ dudum inita inter nostram Aquilegiensem
ecclesiam et dictum Dominum Ducem et Comune Venetiarum,
et de his &c. ut supra. In cujus &c. datum ut supra

Pa

Da un Protocollo in 4.to di Gubertino appresso di me.

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem Tomo I. pag. 162. tergo Carolus Fabricius collocavit et descripsit.

Castello di Porpetto 15. Febraro 1819.

Frangipane

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1340. 17. 8bre Bertrando Patriarca concede a Lenzio Lamberti di coniare in Fiorenze alcune marche aquilejesi con assenso dei Magistrati fiorentini.

Da un Protocollo in 4.to Not. Gubertin di Novate, che si conserva nella Libraria della Terra di S. Daniele fra li manoscritti lasciati da Mons.r Arcivescovo Fontanini segnato di fuori = Gubertini de Novate Not.o Tom. XXXIX. M-55.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod sancte sedis Aquilegensis Dei gratia nos Patriarcha Bertrandus tenore presentium concedimus, et licentiam damus discreto viro Lenzio Lamberti de Civitate Florentie, ut cum voluntate, dominorum Priorum Artium, et Vexilliferi justitie ac dominorum monete, et officialium, et quinque consiliarium mercancie Civitatis Florentie, qui sunt, vel qui pro tempore fuerint, fabricare, et cudere, seu fieri facere in Civitate Florentie duas marchas Frisachenses nostre monete Aquilegensis XVIII. Sold. pro march, et duas marchas duplicis monete novem Sold. pro quolibet marcha, duasque marchas mezanorum. XXXVI. Sold. pro march et in qualibet marchae tam Frisachensium, quam duplicis monete, ac mezanorum sint quatuor unce et tres quarteri argenti Venetorum grossorum; ac etiam marcham unam monete parve, que sit duum librarum, et sex sollidorum, in qua marcha sit una uncia argenti supradicti.

Que quidem monete sint forme et cunii ejusdem, cujus est ad presens moneta nostra, ponendo in eodem moneta, quam ipse Lentius faciet unum lilium in pectore Aquile, per quod ipsa moneta discernatur a nostra

in

In cujus rei testimonium &c. Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XVII. mensis Octobris Anno Domini M.CCC.XL. Indictione. VIII.

## Osservationi

Molte cose sono notabili in questa carta: che il Patriarcha Bertrando avesse concessa facoltà di batter la sua moneta in Firenze fuori del suo dominio: che a ciò dovesse acconsentire li Magistrati di quella Città: che di quattro sorti fossero le monete, che egli permetteva, che da questo Lenero Lamberti fossero batute, cioè I.° Frigachesi o danari, 2.° Moneta doppia cioè danari; o Frigachesi doppi, 3.° Mezzani o sia mezzi danari, o mezzi Frigachesi 4.to piccoli. Ritteriamo pure da questa carta il peso e la lega delli danari, e de piccoli di questo Patriarcha.

La lega delle tre prime qualità di Monete era uniforme, mentre dovevano avere quattro onze e tre quarti di di argento di Grossi Veneziani per ogni Marco. Noi labbiamo un accordo del Patriarcha Pagano con Tomaso di Parma dell'anno 1330. col quale si stabilisce che vi debba essere cinque onzie e tre quarti, e mezzo di buono, e puro argento per ogni marco di moneta Frigachese; nella nostra carta viene ad essere peggiorata la moneta di un onzia e mezzo quarto d'Argento per marco conservandosi però

lo stesso peso nelli Danari come in quelli di Pagano.
Nicolò successore del nostro Bertrando nell'accordo fatto nel primo anno del suo Patriarchato 1351. con Zilio di Zenobio di Fiorenza conservò la Lega ed il peso uniforme alle stabilite nella nostra Carta ma poi nel ~~mi~~ 1356. accordandosi con Francesco Bonaguisi di Fiorenze peggiorò la moneta nel peso facendo in ogni Marco coniare 32. danari di più.
Li piccoli poi sono peggiorati nella Lega e nel peso riguardo a quelli di Pagano, nella Lega d'un quarto d'onzia d'argento, nel peso di 48. piccoli coniati di più per ogni Marco, essendo, e nella Lega, e nel peso simili a quelli di Nicolò così del 1351 come a quelli del 1356.
Secondo questa Carta un danaro pesava K.ti 5 $\frac{1}{3}$ Numero 27. denari pesavano un'onzia, e 216 un Marco, e così a proporzione la moneta doppia, e li mezzani. Un Piccolo pesava K.ti 2. g.no 2 $\frac{9}{11}$ meno 99. per Onzia, e 792 per Marco.
Si deve anco dedure dalle espressioni che sono nella soprascritta licenza che il soldo considerato per moneda ideale, la quale conteneva dodici monete reali si quella quantità alle quali si applicava. per gratia di esempio = soldo di Piccoli valuta dodici Piccoli; soldo di danari dodici danari; soldi di danari doppi dodici danari doppi, e soldo di Mezzani dodici mezzani, e mezzi danari.

Si aggiunge finalmente, che in un Danaro semplice, che pesava Kti. 5 $\frac{1}{3}$ erano di Argento fino di Grossi veneziani Kti. 3 $\frac{1}{6}$, e di Lega, o materia inferiore Kti. 2 $\frac{1}{6}$: un danaro doppio, che pesava Kti. 10 $\frac{2}{3}$ aveva Argento Kti. 6 $\frac{1}{3}$ Lega Kti. 4 $\frac{1}{3}$. Un mezzo danaro, che pesava Kti. 2 $\frac{8}{12}$ aveva Argento Kti. 1 $\frac{7}{12}$ e Lega Kti. 1 $\frac{1}{12}$.

Da manoscritti del Sig. Fis. Carlo Fabrizio di Udine del libro intitolato — Monumenta spectantia ad rem Numariam Forojuliensem — pag. 24. Carolus Fabricius collegit.

Castello di Porpetto 27 8bre 1820

Grangiamani

1341. 18 febb Bertrando Pat: da Federico de Savorgnani alcuni feudi devoluti alla Chiesa per la morte di Rizzardo qm ... di Camino 120.

Gratia Sedis Aquilegiensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Dilecto nobis Nicolussio filio dilecti militis nostri Federici de Savorgnano salutem, et omne bonum. Considerantes attentius labores plurimos, quibus pro deffensione, ac honoris exaltatione Aquilegiensis Ecclesie nullis parcendo laboribus, et expensis in armorum strepitu contra ipsius Ecclesie hostes, et rebelles strenue, fideliter insudasti, et alia multimoda fidelitatis obsequia Nobis, et Aquilegiensis Ecclesie per te impensa, et in posterum dante Domino conferenda, sicque volentes tibi pro parte remunerationis laborum tuorum gratiam facere specialem; per quam ad ipsius Ecclesie servitia ferventius animeris bona omnia feudalia infrascripta ad Nos, et nostram Aquilegiensem Ecclesiam devoluta per mortem Nobilis viri Rizardi q. Guecellini de Camino superioris defuncti, nullo herede masculo derelicto ex se descendente, qui bona hujusmodi in feudum rectum, et legale habebat, et tenebat ab Ecclesia supradicta: videlicet unum mansum situm in villa Sancti Johannis prope Cavolanum in loco ubi dicitur ad Sasasalutum rectum per Aylinum de Brugneria. Item mansum unum situm in dicta villa rectum per Edoricum de Rizo. Item mansum unum situm in eadem villa rectum per Leonardum Bertotto de Brugnaria. Item mansum unum situm in ipsa villa rectum per Franciscum. Item mansum unum rectum per Vendramum situm in predicta villa. Item mansum unum situm in villa ipsa rectum per Zanutum Moluratum. Item mansum unum situm in premissa villa rectum per Nicolaum Zanetol. Item mansum unum positum super dictam villam nunc pustolum. Item unam Clausuram sitam in dicta villa circa Zosam unam rectam per ..........
... tenore presentium pro Nobis, ac successoribus nostris, et nomine Aquilegiensis Ecclesie tibi pro te, ac tuis heredibus recipienti ad feudum rectum, et legale eo jure quo predictus q. Rizardus et sui progenitores bona hujusmodi habebant, et tenebant ab Ecclesia memorata, duximus concedenda teque per nostrum annulum investimus presentialiter de eisdem. Ad habendum, tenendum, possidendum,

et

et quicquid tibi, ac tuis heredibus jure; et honore nostro, et Aquilegiensis Ecclesie in omnibus semper salvo, placuerit faciendum cum omnibus, et singulis que sunt infra, et supra hujusmodi bona, cum accessibus, et egressibus suis usque in vias publicas, omnique jure et actione, jurisditione, seu servitute Nobis, et dicte Ecclesie ex eisdem, seu ipsis bonis modo aliquo pertinentibus, ac campis, pratis, terris cultis, et incultis, vineis, arboribus, plantis, nemoribus, pascuis, vallibus, montibus, planiciebus, paludibus, domibus, curiis, sedimibus, orlis, clausuris, aquis, aquarumque ductibus, venationibus, piscationibus, et cum omni honore, commodo, et utilitate ad bona ipsa spectantibus de jure, vel de facto. Remittentes per Nos ac successores nostros tibi pro te ac tuis heredibus recipienti litem, vel controversiam de predictis bonis seu aliquo ipsorum ullo tempore non inferre, nec inferenti aliqualiter consentire, sed bona ipsa, et eorum quelibet tibi, tuisque heredibus ab omni persona, collegio, et universitate legittime defendere, autorizare, et expedire, ac dictam concessionem, et omnia et singula suprascripta perpetuo firma, rata, et grata habere, et tenere et non contrafacere vel venire per Nos, vel alium, seu alios aliqua ratione, ingenio, sive causa de jure, vel de facto. Et in hunc modum tibi tradimus fidelem nostrum Bene de Sacilo nuncium; qui te in predictorum bonorum corporalem possessionem ponat, et inducat. Pro qua quidem concessione, et investitura Nobis, et Aquilegiensis Ecclesie prestitisti fidelitatis debite juramentum, quod vassallus Domino suo prestare in talibus consuevit. In quorum omnium testimonium, et roboris firmitatem presentes fieri jussimus nostri sigilli appensione munitas. Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XVIII° exeunte mensis Februarii Anno Dominice Nativitatis MCCCXLI. indictione VIIII.

Ex Protocollo Gubertini de Novate quod a Nobili Domino Antonio a Turre servatur.

Pa.

Da manoscritti del Nob: Sig: Carlo Fabrizio di Udine intito: lati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo IV. pag. 170. Carolus Fabricius collegit et descripsit =

Castello di Porpetto 15: giugno 1820.

Frangipane

Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo inditione IX die XVIII Junii presentibus nobilibus et potentibus viris Dominis Federico de Savorgnano, Henrico de Spanzergo, Hermano de Camea Militibus, Dom. Brigaldea de Porcilliis, Draguino eius filio, Artico et Nicolao de Porcilliis, Galvano de Mariaco, Bene qm. Albertutii, Nicolao qm. Scurati de Sacillo, Floravantio not. Faro de Honoriis de Conegliano testibus et aliis. Cum per Commune et homines de Conegliano damna quamplura illata fuerint contra personas et homines de Forojullio, et in eorum bonis et rebus occasione represalearum dudum concessarum Bartolo qm. Leonardini mercatori de Conegliano per Commune et homines Coneglani contra homines et singulares personas Foriulii et Patriarcha non modicum damna maxima substinerit occasione Jam dicta. Ideirco Reverendissimus in Christo Pater et Dom. Dom. Bertrandus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha dignissimus fecit Bartolo presenti stipulanti et recipienti pro se ipso, ac etiam vice et nomine Communis et hominum, ac singularium personarum Terre Coneglani et eius in districtus finem pacem remissionem concordiam de omnibus

ac singulis damnis, et injuriis dictis, factis, et illatis personis, et rebus, ac bonis cujuscumque, seu quorumcumque de Foriullo, seu Patriarchatu Aquilegensi per quemcumque, seu quoscumque de Coneglano occasione predicta, ac etiam de omni, et toto eo, quod appareat prefatos de Coneglano, vel aliquem eorum fecisse, seu dixisse alicui, vel aliquibus de Foriulio, et Patriarchatu Aquilegensi dicta de causa, promittentes ipse Dominus Patriarcha suo nomine, ac vice et nomine Aquilegensis Ecclesie predictam finem, pacem, et concordiam perpetuo firmam, ratam habere, tenere, ac non contravenire per se vel alios aliqua ratione vel causa de jure vel de facto. Et quod in perpetuum aliqui, vel aliquis de Foriulio, vel dicto Patriarchatu Aquilegensi non inquietabunt, nec molestabunt, vel agravabunt aliquem, vel aliquos de Coneglano, vel ejus districtu in persona, vel rebus occasione predicta, vel alia quacumque, sed potius predicta attendet, et observabit, et observari faciet per suos subditos, et servitores de Foriullio, et Patriarchatu Aquilegensi, sub pena et obligatione omnium bonorum dicti Domini Patriarche, et ejus Aquilegensis Ecclesie, et refectionis dampnorum, et expensarum, ac interesse

dictis

dictis, et que, et quas idem Commune, seu Bartolus substinere posset occasione predicta

Actum Sacilli super Domo Hospitalis S. Joannis Jerosolimitani de juxta Sacillum.

Ego Franciscus qu. Joannis de Sacillo S.A. Not. et officialis Communis Sacilli interfui, et rogatus scripsi de mandato prefati Domini Patriarche.

[illegible] – Tomo 12 anno 1332, pag. 10

1341. 9. 9bre) Patti tra il Pat. Bertrando e molti feudatari contro Giovanni Francesco di Castello. 

In Christi nomine amen. Anno Domini 1341. Indictione nona, die nono novembris. Actum in Castro Patriarchali Utini. Presentibus Venerabilibus Viris Dominis fratre Gilberto Abbate Mociensi, Gambino Canonico Civitatensi, et Nobilibus Dominis Javaboto de Ancona, et Girardo de Cucanea militibus, Bernardo Trizonio Curiali Domini Patriarche, testibus et aliis. Infrascripti homines Consiliarii constituti coram Reverendo in Christo pater Domino Bertrando dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha promiserunt fide data manuali nomine sacramenti adstare nostre ipsi Domino Patriarche contra Dominum Joan= nem Franciscum de Castello, si veniret con=

contra pacta, et concordiam faciendam super
relazione ipsius Domini Joanni Franci.
Imprimis D. Guido Episcopus Concordiensis, D.
Borgolia de Sbircitiis, Dominus Filippus de Por-
tis, et D. Hector de Clavorgnano, D. Hen-
ricus de Prampereh, D. Ettomanus de Carnea Mi-
lites, D. Joannes de Villalta, et Nicolusius de
Villalta, Simon de Cucanea, Federicus de Mora-
tio, Oratius, et Franciscus de Strasoldo, Fantussi-
us de Valcinico, Franciscus, et Vinzanuttus de
Vinzano, Gulielminus de Prata, Ottricus de Sbir-
citis, et Arquinus de Colloreto.
Ego Marcus Antonius Nicolettus Civis et Notarius colle-
giatus Civitatis Fori-Julii ex notis olim D. Le-
onardi notarii Civitatensis, mihi commissis fideliter

aliena manu educere feci, meque in fidem rogatus subscripsi.

Copiata da libro in foglio manuscritto coperto di carta-pecora: intitolato al di fuori: Federigo primo, Costantino secondo q. Savorgnano, et esistente in Archivio del Conte Luigi Ottelio d'Udine nel fascicolo: Carte diverse antiche del Friuli pagina 6. retro

Cas.° di Porpetto 30. agosto 1815 C. Frangipane

1342. circa Bertrando Pat: fa la narrazione delle cose principali del suo Pat: con lettera al Decano Guglielmo d'Aquileja. 

1. Recordare Tu Decane (A) et in mente revolve, quales et quantos labores, tribulationes, expensas, et pericula sustinuimus; non thesaurizando nobis nec nostros ditando nepotes, aut propinquos; sed solum in recuperatione, et defensione jurium et bonorum Aquilejensis Ecclesiæ. Nos enim sicut scis, recuperavimus et redemimus Terram Sacili de manibus Comitissæ (B) pro quadringentis Marchis. Mechinam, quam tenebat occupatam Rizzardus de Camino (C) recuperavimus: necnon Avianum, et Castrum Turris exegimus ab illis de Porciliis pro non modicæ pecuniæ quantitate, quæ Castra ipsi de Porciliis sibi pignori obligata dicebant. Scis etiam quomodo stabant Terræ et Castra nostra Istriæ: et cum quanto labore nos illa habere potuimus a prædicta Comitissa datis sibi unius quadringentis quinquaginta Marchis Frisinensium et instanti hujusmodi guerra cum Venetis in Istria, ubi quales et quantas victorias Deus Ecclesiæ suæ concesserit, non expedit dicere, quia tibi satis est manifestum et etiam qualiter per tractatum Concordiensis (D) Episcopi compromissum fuit per nos, et Venetos: et qualiter durante Compromisso ejusmodi dare nobis debent pro juribus Civitatis Polæ, Terrarum Sacili, Ignani, (E) et Regaliæ, quæ Pagano Patriarchæ proxime Prædecessori nostro

acceperunt et occupaverunt, ducentas vigintiquinque marchas denariorum Aquilejensium annuatim.

2. Demum. Rizardus de Camino guerram, quam fecerat Ecclesię tempore, quo vacante Sede (F) Conservatoris nomine fungebaris, nobis renovavit. et tunc factis treugis inter nos et ipsum Rizardum, nos ivimus Labacum ad habendum colloquium cum D. Ottone (G) Duce Austrię ubi cum quali, et quam nobili fuimus comitiva, et cum quantis expensis, tu qui interfuisti, potens testimonium perhibere. Et dum rediremus de Laibaco, nobis pernoctantibus in Chirchenes, habuimus nova quod dictus Rizardus invaserat Terram Ecclesię et ibat comburendo per Patriam (H). Nos autem non sine magnis laboribus, expensis et periculis congregato Ecclesię exercitu, ivimus ad Sanctum Vitum, et deinde stetimus longo tempore apud S. Danielem. Finaliter ivimus versus hostes, et castra nostra posuimus in campis extra Sacile. et quantum illa guerra duraverit bene nosti. Finaliter ex dispositione superna, Deus ultionum de inimicis suis Ecclesię suę victoriam tribuit. et ipse Rizardus hostis et persecutor Ecclesię, contritus et debellatus prę dolore post paucos dies sine heredibus masculis mortuus est. et si

alienos est ipsius hereditas devoluta. De redemptione Venzoni (K) quanta sustinuerimus, et victoria Ecclesiæ divinitus tradita, et captione Nobilium Comitatus Goritiæ, direptione Braguliri, introitu Venzoni, non expedit dicere; quia res Deo operante, satis per se claruit, et extitit manifesta. —

3 . Pace vero Terræ reddita, Dominus Carolus, nunc Romanorum (L) Rex, navigio venit Aquilejam, ubi ipsum recepimus, sicut decuit tantum Dominum et secum duxit D. Bartholomeum (M). Qui stetit in Civitate, et Ulteri ad nostras expensas per unum mensem, et ultra. Et postmodum Frater ejus, D. Joannes Comes Tirolii, una cum Episcopo (N) Tridentino venit ad nos in Sacile, habentes secum ultra septingentos equos: quibus omnibus fecimus expensas abundanter, et ipsum Comitem investivimus de feudis suis. Processu vero temporis Comes Goritiæ fultus potentia Comitum (O) Vegle aggressus est de guerra fidelem nostrum et Ecclesiæ Aquilejensis, Georgium de Duino: et finaliter factis treugis inter eos, idem Comes cum magna potentia aggressus est Terram nostram. Nos autem præparavimus ad defensionem: et venientibus in nostrum et dictæ Ecclesiæ subsidium prefatis Dominis (P) Carolo et Joanne, cum Equitum et peditum

multitudine satis grandi, cum eisdem et nostrorum gentis, proces-
simus contra hostes. Et primo venimus Cormonum, ubi stetimus de-
cem diebus: et ibi dato damno quod dari potuit, castra nostra in Vigi-
lia Nativitatis Domini duximus Goritiam et solemnitatem sanc-
tissimae Noctis Nativitatis Dominicae, et Missas tres illius diei, vi-
delicet in primo galli cantu, et in aurora, et tertia solemniter ce-
lebravimus in campis ante Goritiam; assistentibus Principibus anti-
dictis, et Comitibus de Ortemburch (2) cum militum suorum
et nostrorum ac aliorum nobilium multitudine copiosa. Abinde
in die Sancti Joannis Evangelistae recedentes dato guasto, perveni-
mus Belgradum: et ibi stetimus, tenentes Belgradum et Latisanam
obsessa usque in crastinum Epiphaniae. Tandem Comes treugas unius
anni postulavit, quas sibi ad ipsius postulationem concessimus in
qua guerra inexhaustam consumpsimus pecuniam. Non enim fuit
dies aliqua, in qua non expenderemus quingentos Florenos auri
et ultra, nam solum in blado equorum expendebamus singulis
diebus Marchas quadraginta, et aliquando sexaginta: et omnibus
stipendiariis integre fuit satisfactum, et ultra stipendia eorum
a nobis alacriter cum muneribus recesserunt.

20. Caeterum tribus vicibus quibus fuimus Venetiis, ubi nobis-

cum fuisti qualibet vice quantum expendere potuimus hi vix considera. Non enim fecimus vias illas causa nostri, sed solum ad inclinandum Domum illius animum, ut Ecclesiæ dimitteret tam sua. In questione Cavolani quanta expendimus, et quot noctes duxerimus insomnes, tu et alii, quorum diligentia et solicitudine, Deo et Iustitia operante, victoriam reportavimus bene nostis: et bursa vestra etiam non fuit expers expensarum arca bene vidimus et cognovimus labores vestros sine damnis bursalibus non fuisse. Domum Francisci de Villalta pro eo quod ipse testamentum patris sui nos Commissarium suum fecit, adimplere nolebat, obsedimus: et finaliter se nostræ voluntati submisit. Quadraginta sex diebus stetimus ante Vinzanum cum nostro exercitu cum magnis expensis, periculis et labore, pro illo detestabili homicidio perpetrato per Manfredum et suos Complices de Vinzano, qui Franciscum et Vinzanutum patruos, et Succium consanguineum eorum de Vinzano, morte crudelissima peremerunt.

5.° Post anni revolutionem iterato Comites Goritiæ nos et Ecclesiam invaserunt de guerra, in qua tenuimus pro majori parte duos exercitus: unum apud Latisanam, et alium in campis iuxta Manzanum ad resistentiam inimicorum: et tribus mensibus prius

ipsa guerra duravit, habuimus trecentos Equites armige-
ros, exceptis peditibus, ad nostrum stipendium. Constitit enim
nobis illa guerra quindecim millibus Florenorum. Et tamen per
Dei gratiam in omnibus pertransivimus cum honorem. Anno
sequenti de mandato Domini nostri Papæ (R) ivimus ad Regem
Ungariæ in quo itinere quanta incommoda, et pericula, atque
labores habuerimus, transeuntes per montes Gelboe, nationes bar-
baras et immanes atque devia incredibilia, tacemus ad presens;
sed relinquimus tibi per Paulinum Notarium nostrum refe-
renda, cum fueris apud, quoniam scribere nimis esset prolixum.

6. In recuperatione Cadubrii in quantis nos posuimus peri-
culis et gentem nostram et quantas expensas fecerimus, quæ Deo
gratiæ sunt, te credimus audivisse: et qualiter filius Bavari (S)
cum exercitu suo copioso, volens nos invadere, fuit cum gente
sua per nostros paucos positus in conflictu. et quam mirabiliter,
et voluntate divina invenimus litteras, quæ contra nos, et in des-
tructionem Ecclesiæ et totius patriæ Filio Bavari et Comitibus
Goritiæ mittebantur.

7. Debita nostrorum Predecessorum ab Ottobono citra
(T) in Romana Curia integre persolvimus per gratiam.

Jesu=Christi, quae ascendunt ad vigintiquinque millia Floreno=
rum. Arcam in qua recondi debeant Patronorum nostro=
rum reliquiae, cum Cruce et Capite argenteis (&), et mitram
Campanilis Ecclesiae nostrae, non fecimus fieri gratis. Capella
Ecclesiae S. Mariae in Utino cum pictura constitit nobis plus=
quam quadrigentis Marchis. De Monasterio Monialium S.
Nicolai de Utino (X) ubi posuimus viginti Moniales, et eis
emimus redditus competentes, etiam tibi dicimus. De Cas=
tro (Y) Raimondi, quod erat spelunca latronum, et nocumen=
tum Mercatorum quomodo habuerimus violenter, quod inexpu=
gnabile credebatur, et sine sanguinis effusione, quid dicemus? Nisi
quod Deus in hoc mirabiliter operatus est: et tota Patria ab
illis praedonibus, de quibus etiam iustitia facta fuit, est liberata.
Duo (Z) Provincialia Concilia habuimus, sicut scis, in quibus
multae Constitutiones reformatae, et editae fuerunt in favo=
rem Ecclesiarum, et Ecclesiasticae libertatis.

8. Nudius tertius cum Hermacoras Della Turre intrasset
Sarmum una cum Rizardo de Sarmo fraudulenter, et Nobiles
Castri illius captivasset, nobis existentibus causa solatii in Spilim-
bergh, et multas crudelitates exercuisset in eos, nos gentem nostram

illuc misimus. Quod sentiens Hermogenes, statim fugit: et redemimus Castrum illud, ipsis Nobilibus quorum erat, restituentes. Sed unum non prætermittimus de portis Schusæ et Castri Moscardi: quas ita mirabiliter reparavimus, imo de novo fecimus, quod nunquam vidimus pulchriores: et vocatur hodie porta Schusæ propter hoc porta Bertrandi.

Dubois

1342. 28. xbre — Bertrando Pat: al Vescovo di Trento per commissione del Papa sulla vita scandalosa di M. Duchessa di Carintia; atti successivi al processo — 124.

Quas quidem litteras Apostolicas dictus dominus Patriarcha cum reverentia recepit debita, ut decet . . . . . mandatis apostolicis ut tenetur humiliter obedire statim litteras fieri jussit Venerabili . . . . . . Episcopo Brixinensi utpote viciniori Comitatus Tirolis, in quo domina Duchissa moratur . . . . . in hunc modum. Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha, Bertrandus . . Patri in Christo eadem gratia Episcopo Brixinensis salutem et mandatis nostris imo verius apostolicis promptius obedire. Noverit vestra Paternitas nos die XXV. mensis decembris litteras Sanctissimi Patris Domini nostri Domini Benedicti* Episcopus servus servorum Dei &c. ut supra tenore litterarum inserto. Volentes itaque mandatum apostolicum reverenter exequi ut tenemur, et juxta commissionem nobis factam . . . . . . . . .
Paternitate vestram tenore . . . . . .
sancte obedientie committimus, et . . . . .
personaliter accedentes ipsam . . . . .
studeatis, ac sub excommunicationis pena . . . . .
mensis januarii, quam pro duobus edictis . .
nostre Aquilegensis Provincie, ubi personaliter coram
comparere procuret. Manentes . . . . . . . .
et vos sub pena premissa mandantes ut eadem die in Civitate . . . . .
coram nobis ubi vos et venerabilis pater . . Episcopus Curiensis
sancte obedientie . . . curetis nobiscum die . . . . . . .
per vos, et consiliarios antedictos informari . . . . . .
. . . datum et formam a Sede Apostolica nobis traditam . . .

nunc

* Benedicti di vina providentia Papae XII. recepimus cum reverentia debita in hec verba: Benedictus

premissa vobis auctoritate mandamus ut de predictarum litterarum . .
facimus ad cautellam, et de quarum presentatione . . . . .
plenam fidem dabimus, ac de citatione monitione et requisitione . .
. . nobis fidem faciatis per legittima documenta. Datum in Ca=
stro Patriarchali . . die vicesimo octavo mensis decembris.
Anno Dominice nativitatis millesimo trecentesimo quadragesimo
secundo . Indictione decima. Pontificatus ejusdem domini nostri
Pape Anno settimo . Quas quidem litteras domini Patriarche
Conradus de Vienna cursor ejusdem domini Patriarche in ejus
constitutus presentia juravit memorato domino Episcopo
Brixinensi fideliter presentare. In simili forma scripsi
etiam venerabili in Christo Patri - - - Episcopo Tridentino
et sub data Anno, et indictione eisdem. Cujus quidem Epi=
scopi Tridentini litteras die V. Mensis januarii anno et
indictione predictis recepi clausas, quarum tenor talis est
Reverendissime Pater, et domine mi. Vestre Paternitatis rece
pi cum reverentia litteras continentes monitionem, et exorta=
tionem vestras quatenus ad vos ad Civitatem Belluni die XX
hujus mensis januarii . . . . . . procurarem pro eo quod are
et aliis convocatis intenditis informari . . . . . . inter
illustrem dominum J. Ducem Karintie Tirolis, et Gorsese
comitem . . . . . . . . . . . . . . . . . Duchissam ejus
uxorem juxta sancte Sedis Apostolice litteras et . . .
. . . . . humiliter adimplerem si dispositio mei corpo=
ris graviter egrotantis ullatenus pateretur . . . sicut est
notorium . . . . . debilitatus in membris, et aliis etiam
accidentibus nequeam movere me . . . . . . Quocirca Reveren=
dissi

dissime paternitati vestre humiliter supplico, & devote qua=
tenus de pre . . . . . . dignemini me habere benigne, et legi=
time excusatum. Datum Tridenti . . . . . . . N. episcopus
vester de Tridento. Suprascriptio litterarum ipsarum talis erat
Reverendissimo in Christo Patri et domino domino B.
Dei gratia Ecclesie Aquilegensis Patriarche.

Demum memoratus dominus Patriarcha volens . . . . . . et juxta
formam, et mandatum Apostolice sedis predicte procedere,
et ad Civitatem Belluni properante sicut ordinaverat me tran=
sferre ut . . . . venerabili domino . . Dei gratia Feltren=
si et Belunensi Episcopo litteras . . Sancte Sedis
Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus venerabi=
libus . . . . . eadem gratia Feltrensi et Belunensi Episcopo
et dilectis in Christo filiis . . Decani, et Capitulo Ecclesie
Belunensis nostre Aquilegensis Provincie salutem in domino
sempiternam. Quia mandatum . . . . nobis super discordia
suborta inter inclitam dominam Margaritam ducissam Ka=
rinthiae parte una, et Magnificum dominum Johannem Comitem
Tirolis ejus maritum ex altera . . . . ut tenemur, et in illo
procedere auctoritate apostolica juxta commissionem nobis tra=
ditam, et directam. Et quia etiam ex officii nostri debito
Clerus, et populus ipsius Civitatis in capite, et in membris in
tendimus prestante Domino auctoritate metropolitica visitare, et
ad predictorum prosecutionem in Civitate Belunensi proxima
die lune venire personaliter intendamus sinceritatem vestram
requirimus, vobisque Apostolica qua fungimur, et metropoliti=
ca auctoritatibus in virtute sancte obedientie districte in=
jungimus, et mandamus, quatenus ob reverentiam Sedis Apo=
stolice antedicte cujus vices gerimus in hac parte, atque
nostram nos dicta die ad Civitatem, et Ecclesiam Belunensem

Preve=

reverenter et decenter recipere procuretis. Datum in Castro
nostro Utini sub nostri sigilli impressione. Die XX mensis janua-
rii anno dominice nativitatis M°. CCC°. XLII° indictione decima.
et similiter litteras sub predictis data, anno, et indictione
direxi, et transmisi Capitaneo, Consilio, et Communi Civitatis Bellu-
ni in hac forma. Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriar-
cha Bertrandus prudentibus viris dilectis nobis in Christo Ca-
pitaneo Consilio, et Communi Civitatis Beluni nostre Aquilegen-
sis provincie salutem in Domino sempiternam. Cum vos ad sub-
movendum discordiam ortam inter illustrem Dominam Marga-
ritam Ducissam Karintie, et Dominum Johannem Comitem Tiro-
lis maritum ejus, nec non ad visitandum ut tenemur auctoritate
metropolitica Clerum, et Populum tam in capite quam in mem-
bris ad Civitatem eandem die Lune proxima venire persona-
liter intendamus. Devotionem vestram requirimus vobisque
presentium tenore mandamus, quatenus ad recipiendum nos
tum ob sedis predicte tum nostre reverentiam nos decenter,
et honorifice preparetis ut mandatum apostolicum, et no-
strum exequi et complere, ut tenemur, officium valeamus. Da-
tum ut supra. Tunc ego quidem dominus Patriarcha die XVIII
januarii existens in Terra Sacilii .... constitutus in itinere, ut ad
Civitatem Beluni accederem ad expediendum mandata Apostolica
Recepi litteras clausas Capitanei, Vicarii, Consilii, et populi
Civitatis .......... talis est. Vestre Paterni-
tatis litteras .......... continentes inter cetera de
adventu vestre Magnificentie . . . . .
quibus sic duximus cum reverentia respondendum, quod ob de-
bitam obedientiam . . . . De Villandars Generali Capi-
taneo dicte Belluni, et districtus non .......... tatem
vestram in Civitatem prefatam admittere sine ipsius expres-
sa

sa licentia . Unde statim litteras vestras, statim, et sine aliquo intervallo per velocem cursorem mittere curavimus ad dominum supradictum. Quarum responsione habita . . . . . . die noctuque reverentie vestre celeriter transmittemus. Datum Beluni xvii. Januarii . . . fine ipsarum litterarum erant nomina mittentium. Videlicet Odoricus de spero Capitaneus quar . . . Civitatis Beluni. Franciscus de dominis de Aretio Vicarius Consilium, et populus Civitatis predicte. Et eadem die recepi litteras Reverendi Patris Domini Mathei Dei Gratia Episcopi Brixinensis per Syfridum notarium, et nuncium ipsius domini Episcopi cum quodam instrumento publico facto manu ipsius Syfridi; quorum litterarum tenor talis est. Reverendissime Pater et domine. Recepi vestris litteris cum obedientia, et humilitate, quibus decebat tenor ipsarum animum nostrum gravissime perturbavit. Nempe rem grandem michi decrevisti injungere, onus importabile, periculis non vacuum dorso nostro, atque humeris imponendo. Considerantes itaque potentioribus et voluntatem offendendi dumtaxat ipso facto semper habentibus nos resistere specialiter in casu presenti non posse, ac defensione gladii sicut opus esset nos carere omnimodis. Nec volentes ecclesiam nostram una cum persona et rebus tanto discrimini immo totali destructioni submittere supplicamus vestre paternali benilati proprio affectu quatenus ab executione mandati huiusmodi ob certas causas rationabiles positas in quodam instrumento publico, quod per latores presenti remittimus preter alias brevitatis causa reticitas, nos habere dignetur hac vice cum benevolentia specialis plenitudine favorabiliter excusatos. Tollerando equanimiter quod eisdem presertim de causis non presumimus id quod mandatis efficere, parati semper in aliis

quo

quoquo modo possibilibus vestris beneplacitis conformari. Matheus Dei gratia Ecclesie Brixinensis episcopus. Et supra scriptio ipsarum litterarum talis est: Sacrosancte Sedis Aquilegensis reverendissimo in Christo Patri Domino suo gratioso domino Bertrando Venerabili Patriarche. Tenor autem Instrumenti talis est. In Christi nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem Millesimo, Trecentesimo XLII. Indictione decima, die XIII. mensis Januarij Brixie, in Episcopali Castro. Presentibus Venerabilibus viris dominis Conrado Preposito, Bertoldo decano Novacellensis Monasterii Johanne scolastico Jacobo Vicario in spiritualibus . . . . . . ipsius Ecclesie Brixinensis canonicis, nec non Johannes Prepositus in Surchenstain et aliis quampluribus fidedignis, et me Syfrido notario infrascripto. Ibique Reverendus in Christo Pater, et dominus dominus Matheus Venerabilis episcopus Brixinensis quamdam cedulam sicut in manu . . . publicari mandavit continentia per omnia infrascripta. Licet a Reverendissimo in Christo Patri, et domino domino Bertrando Sacrosancte Sedis Aquilegensis venerabili Patriarcha litteras quasdam . . . nobis directas et per quemdam signatum nuncium presentatas humiliter sicut decuit receperimus quarum litterarum tenor talis est. Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Venerabili in Christo Patri eadem gratia Episcopo Brixinensi salutem et mandatis nostris immo verius Apostolicis firmiter obedire. Noverit vestra Paternitas die XV. mensis Decembris litteras Sanctissimi Patris, et domini nostri domini Benedicti Divina providentia Pape XII non cancellatas non suspectas, sed integras, et illesas ejus vera bulla plumbea ad filum Canapi pendente munitas recepisse cum reverentia

deb.

debita in hec verba. Benedictus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bertrando Patriarche Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Nuper ad nostri apostolatus auditum displicibili admodum insinuatione pervenit quod nobilis mulier Elizabet ducissa Karinthie dudum Nobili viro &c. Finis vero talis est. Mandantes vobis modo premisso, et districtius injungentes, ut de presentium litterarum ad cautelam registratarum, de quarum presentatione .. latori earum nostre Curie jurato nuncio planam fidem dabimus, ac monitione, citatione, et requisitione predictis nos per instrumenta publica aut vestras patentes litteras curetis efficere certiores. Datum Utini in Castro Patriarchali die XXVIII. mensis decembris Anno Dominice Nativitatis Millesimo Trecentesimo Quadragesimo secundo Indictione decima. Quia vero hic res magna, et inter potentes principes agitatur, et ex illa parte nonnisi de facto proceditur, ubi propter dispendia et pericula nedum rerum, sed etiam corporis que tam Ecclesie nostre quam nobis obinde principaliter ex personali aditione sub mandato hujusmodi comprehensa iminerent omnimodis defensione gladii ad quam tamen contra dictas personas tamquam potentiores nullo casu sufficimus specialiter, et de facto in contrarium opus esset. Non enim presumimus nec ab incepto dissidio predicto citra unquam presumpsimus ex eo preservim, quia dictum Dominum Ducem fovere dicimur, et de illius parte quamvis minus debite incusamur existere, alias etiam dicte nostre Catedralis Ecclesie nostris que negotiis nos urgentibus Castrum Tirolis accedere ne dum quod modo citare, prout ex litteris predictis colligitur ipsam dominam Ducissam, et consiliarios suos, que plures secum quam ducentos armigeros in presentiarum tenere noscuntur promti semper ad faciendum injuriam, et inferen-

dum

dum de facto violentias. hiis precipue, qui de parte dicte domine Ducisse hoc casu nolunt existere, plus autem, seu plures hiis, qui contra illam faciunt, seu parti adverse quovis modo fovere dicuntur ...... discrimina ubique rerum et corporis debeamus. Item cum dicta domina Ducissa intra fines nostre Diocesis domicilium habeat, ubi per dominum Curiensem comodius adiri poterit sine .... cui etiam propterea non sunt tanta incomoda, nec timetur ulla subversio, nimirum cum .......... illius non sint Ecclesie sue sicut nostre homines, bona, et res in majori parte subjaceant. Postremo cum citationem hujusmodi sub edicto publico factam, vel editam per ....... nuncium presentari sufficiat vel affigi hostiis Ecclesiarum eo casu seu foribus. Et preterea in quantum preceptum suum, si sic dici meretur Consiliarios tangit, aut respicit, cum nullum ipsorum nominatim aut aliqua circumlocutione expressit, Nec constat etiam nobis qui sint Consules prefate Ducisse ipsos nequivimus tanquam incognitos evocare. Quapropter putamus esse superfluum et in parte odiosum, quod tali actu dumtaxat reddimur partiales et variis afficimur tediis sine causa. Itaque ad premissa conjuncta seu divisa, que omnia ubi, quando, coram quibus et in quantum oportet, nos probaturos offerimus, aperte protestamur, et dicimus, quod ab actu citationis hujusmodi supra modum damnose, ac etiam odiose nostra persona reverenda existit, sumusque de jure rationabiliter excusati, propter quas etiam causas dictas dominus Patriarcha sicut confidimus tolerare debet equanimiter si mandatis suis in casu premisso, non sub paliatione rebellionis cujusvis quod absit prementibus eisdem causis rationabiliter supersedere nos oportet, et oportuit iterare. De hac insuper cedula, et de contentis in illa nec non de transmissione sibi litte-

ris

vis, et de protestatione, ac excusatione per dictum dominum Episcopum sic factis publice atque propositis contra illas idem dominus Episcopus rogavit, et fecit fieri publicum Instrumentum. Et ego Syfridus q.m Henrici de Erdinga publicus imperiali auctoritate notarius quando predicta Cedula legebatur, ac de verbo ad verbum publicabatur, dictisque protestationi, et excusationi interfui una cum predictis testibus rogatus scripsi, et in hanc publicam formam redigens meo solito signo signavi. Quibus omnibus sic peractis ego existens in terra facti, et non valens juxta me suarum tenore litterarum procedere, et volens informari super hujusmodi negotio evocatis coram me duobus militibus de Comitatu Tirolis videlicet dominis Raspone de Raspurch, et Conrado ..... leder, nec non nobili viro Galvano de Marniaco subdito meo, qui in illis partibus Tirolis maxime conversatur lectis coram eis litteris Apostolicis, et intellectualiter eis expositis interogati per me, dato eis per meum notarium juramento, dixerunt, quod ea que in eisdem apostolicis litteris continebantur vera erant, et notoria videlicet quod dominus Johannes contraxerat cum domina Ducissa dudum etiam vivente clare memorie domino Henrico Duce Karinthie patre ipsius domine ducisse, et cum ipsa tamquam cum uxore legitima cohabitavit a xii. Annis circa, et uxor ipsius domini Johannis certa, et indiferenter ab omnibus habebatur, sed nuper seducta a suis consiliariis .... a festo omnium Sanctorum citra dictum dominum Johannem maritum suum ejecit a se, et a toto Comitatu Tirolis volens de dictorum consiliariorum suorum, quorum consilio regitur contrahere cum domino Lodovico filio domini Lodovici de Bavaria, et hoc notorium est et manifestum cum .. expulsus sit de dicto Comitatu, et pluribus diebus detentus fuit, et sub ma ........ custoditus, et sibi acceptum fuit sigillum Ducatus Karinthie, et Comitatus Tirolis .. .. evaserit consiliariorum predictorum. Interogati

qui

qui sunt hujusmodi Consiliarii dixerunt quod Henricus Comes
de Ensperch, Henricus de Havenberch Johannes de Slandesperch, in
gno, et Sighelmarus de Vilanders Conradus de Scenan Volkmarus de
Terkstas, et Henricus de Rattenburch milites de Comitatu Tirolis
interogati qualiter predicta sciunt, dixerunt se scire tamquam
familiares domestici et fideles dictorum Domini Johannis et
Ducisse. Et habita informatione hujusmodi tamquam a fide
dignis personis, et volens ulterius informari, et in negotio
procedere juxta mandatum Sedis Apostolice antedicte litte
ras et processus direxi .. Venerabilibus Patribus Triden
tino et suffraganeo meo .. Curiensi et .. Brixinensi Episcopis
iterato tenoris hujusmodi. Sancte Sedis Aquilegensis Dei
gratia Patriarcha Bertrandus. Venerabili Patri in Christo
eadem gratia Episcopo Curiensi et mandatis nostris immo
verius Apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos litte
ras Sanctissimi Patris et domini nostri domini Benedicti di
vina providentia Pape XII. integras, et illesas ejusque
bulla plumbea ad filum canapis pendente munitas re
cepisse cum reverentia tam debita quam devota quo
rum tenor talis est. Benedictus episcopus servus ser
vorum Dei &c. toto inserto tenore dittarum litterarum
apostolicarum. Volentes itaque mandatum Apostolicum
nobis injunctum reverenter exequi ut tenemur, et in ne
gotio hujusmodi procedere diligenter habita juxta for
mam ejusdem mandati a fide dignis et honestis perso
nis informatione diligenti, quod dicta Ducissa a pre
fato domino Johanne marito suo recessit, et ipsum
a se expulit, cui longis cohabitavit temporibus, et
adhesit, et cum Ludovico filio Ludovici de Bavaria
in anime sue perditionem, et contemptum Ecclesie,
absque ejusdem judicio malorum hominum persuasio

sis,

sis, et falsis suggestionibus instigata matrimonium immo verius adulterium et incestum contrahere satagit, et intendit. Et volentes super premissis auctoritate apostolica tam ab ipsa Ducissa quam ab ejus Consiliariis, et ductoribus plenam inquirere veritatem vestram Paternitatem hortandam tenore presentium ducimus, et mandamus vobis committentes apostolica auctoritate qua fungimur in virtute sancte obedientie, et sub pena ingressus ecclesie, quam vobis ex nunc premissa auctoritate interdicimus, si mandatis nostris immo verius apostolicis non parueritis cum effectu distincte precipiendo mandantes quatenus vos vel alium seu alios inter sex dierum spatium numerandorum a presentatione presentium facta, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tertio, termino peremtorio assignamus ipsam Ducissam, ac nobiles viros Dominos Henricum Comitem de Curspach, Henricum de Hanemberch, Johannem de Standesperch, Tagnonem, et Inghelmarum de Vilanders Volchmarum de Turkstein Conradum de Schenan et Henricum Rattenburch milites ejusdem Ducisse Consiliarios et ductores auctoritate nostra immo verius apostolica monere peremptorie, requirere, et citare curetis, ipsique Ducisse, et Consiliariis, ac ipsorum singulis sub excommunicationis pena precipere ac mandare quatenus prima die juridica post dominicam reminiscere, quam eisdem Ducisse, et Consiliariis et eorum cuilibet pro peremptorio termino et monitione canonica assignamus coram nobis, vel nostris subdelegatis in Civitate Tervisii studeant legitime comparere. Vosque Pater, quem modo premisso citamus, requirimus et monemus prefixa die in dicta Civitate coram nobis, vel sub delegatis nostris similiter comparere curetis, quia per vos et prefatos Consiliarios

ple.

planam veritatem inquirere vellemus, et super premissis juxta mandatum apostolicum diligentius informari. Inhibentibus nichilominus premissa auctoritate eidem domine, et sub pena excommunicationis in personam ejus, et in personas consiliariorum fautorum, adjutorum, et valitorum cujuscumque status gradus, conditionis, vel dignitatis existant, et interdicti in omnes Civitates, Terras Castra et loca Comitatus Tiroli, quas penas in ipsam dominam, et omnes ejus in hac parte Consiliarios fautores adjutores et valitores predictos necnon in Civitate Terras Castra et loca predicta in hiis scriptis ex nunc prout ex tunc si secus attemptandum duxerit proferimus precipiendo mandantes, ne interim cum prefato Ludovico, vel alio quoque contrahere aliqua temeritate presumat sed a predictis divertere penitus, et abstinere procuret, et ut tenetur, et decet affectione conjugali prefato domino Johanni viro suo legitimo adherere. Et si forsan de eodem domino Johanne viro suo conqueri voluerit, vel causam aliquam rationabilem, et justam ostendere propter quam predicto domino Johanni tanquam marito non teneatur nec debeat adherere illam diligentius audiemus, et sibi faciemus planam justitiam exhiberi. Quod si, quod absit predictis nostris immo verius apostolicis monitionibus, et mandatis in contemptum deductis ipsa Ducissa temeritate aliqua contra predicta, vel predictorum aliquod attemptari presumpserit, vel trasgredi quoquomodo aut prefati Consiliarii in tam enormi excessu eidem domine prestiterint aliqualiter auxilium consilium, vel favorem ad predictarum excommunicationis, et interdicti sententiam publicationem contra ipsam Ducissam Consiliarios

Fautores, adjutores, et valitores ejus quoscumque, nec non civi-
tates, terras, castra, et loca procedentes predicta, juxta formam
mandati a sede apostolica nobis traditi, et directi. Si vero vos
dater prefatum interdictum, ingressus ecclesie non parendo
nostris immo verius apostolicis mandatis infra sex dies su-
pradictos sex immediate sequentes sustinueritis animo contu-
maci, Vos ex nunc suspendimus a divinis. Et si per alios sex
dies prefatos duodecim sequentes non evitando eandem Ducis-
sam, et consiliarios prenominatos, ut est dictum, et aposto-
lica non exequendo mandata interdicti et suspensionis pre-
dictas sententias animo, quod absit sustinueritis indurato
in vos ex nunc prout ex tunc trina canonica monitione
premissa in his scriptis excommunicationis sententiam
promulgamus. Mandamus vobis modo premisso, ut has
nostras litteras in foribus ecclesie de Merano Curiensis
diocesis et alias similes sub vestro sigillo in foribus ve-
stre Cathedralis ecclesie Curiensis affigi faciatis, ut pre-
dicta possint ad ipsius Ducisse, et dictorum consiliariorum
notitiam facilius pervenire, facientes nobis nichilominus
sub penis premissis infra sex dierum spatium post
~~agnum~~ harum presentationem et receptionem, quas pro peremptorio
etiam termino assignamus de ipsarum receptione, et affixione
in valvis dictarum ecclesiarum, et quicquid in premissis
feceritis fidem et relationem legitimam per vestras patentes
litteras aut publica instrumenta. Nichilominus de ip-
sarum presentatione, quas registrari fecimus ad cautelam
relationi latoris earum nostri jurati nuncii in hac parte
dabimus plenam fidem. Datum in terra nostra Castri Fagi-
fagensis diocesis die vicesimo primo mensis januarii sub
nostri impressione sigilli, Anno dominice Nativitatis Mille-
simo

simo trecentesimo quadragesimo secundo indictione decima. Rescriptum vero apostolicum non misimus propter viarum pericula sed cum veneritis vobis de ipso fidem plenam facimus, et ipsius rescripti copiam licet in presentibus contineatur nos vobis offerimus tunc daturos. Datum ut supra. Similes litere et super eadem forma, mutatis nominibus Episcoporum, et Ecclesiarum ubi mutanda erant directe fuerunt predictis dominis Tridentino, et Brixinensis ecclesie Episcopis. verum in literis domini Tridentini in salutatione continebat. Venerabili fratri in Christo: eadem gratia Episcopo Tridentino suffraganeo nostro. Quas quidem literas domini Episcopi Curiensis et Brixinensis, Hellarus et domini Episcopi Tridentini Conradus Cursor domini Patriarche predicti jurati nuncii juraverunt ad sancta dei Evangelia, se dictas literas dictis dominis Episcopis fideliter presentare. et die post hec vero die videlicet ~~decimas~~ XII mensis Februarii in Civitate Austria Aquilegensis diocesis, Hellarus nuncius juratus retulit se presentasse literas predicti domini Patriarche venerabili Patri domino Matheo Episcopo Brixinensi predicto, et in signum presentationis earundem literarum

et dedit quoddam publicum instrumentum domino Patriarche cum literis ipsius Episcopi, cujus quidem instrumenti tenor talis est. In Christi nomine amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo Quadragesimo secundo. indictione decima die ultimo mensis januarii Brixine............ presentibus. discretis viris domino, Symone presbitero Capellano Sancti Augustini in.... Federico Diacono de Merano testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Ibique discretus vir dominus Johannes de Suevia plebanus in Ruechenstayn diocesis Brixinensis ex

parte

parte reverendi in Christo Patris, et domini domini Mathei Brixinensis Episcopi quandam litteram domini Bertrandi Patriarche Aquilegensis in folio papiri sigillatam ipsius sigillo rotundo tergotenus janue Cathedralis ecclesie propria manu affixam ostendit, legit, ac etiam publicavit. Quarum litterarum principium tale est. Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus. Venerabili Patri in Christo eadem gratia Episcopo Brixinensi salutem, et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos literas Sanctissimi Patris et domini nostri domini benedicti divine providentia Pape. XII. non cancellatas non corruptas, sed integras, et illesas omnique suspitione carentes vera bulla plumbea ad filum canapis pendente munitas cum reverentia debita recepisse, quarum tenor talis est. Benedictus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bertrandi Patriarche Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Nuper ad nostri apostolatus auditum displicibili admodum insinuatione pervenit, quod Nobilis mulier Ducissa Karinthie que dudum cum nobili viro Johanne &c. . In medio autem sic scribatur. Inhibentes nichilominus premissa auctoritate eidem domine et sub pena excommunicationis in personam ejus, et in personas Consiliariorum fautorum adjutorum, et valutorum cujuscumque status, gradus, conditionis vel dignitatis existant, &c. . Finis vero talis est. De receptione, et affixione earum in foribus Ecclesie, ac etiam publicatione, et quicquid in premissis feceritis fidem, et rela-

tionem

tionem legitimam per vestras patentes litteras, aut publi-
ca instrumenta. De presentatione vero ipsarum, quas re-
gistrari fecimus ad cautellam relationi latoris earum nostri
jurati nuncii dabimus plenam fidem. Datum in terra nostra
incisti nostre diocesi die XXI. mensis januarii sub nostri
impressione sigilli. Anno dominice Nativitatis Millesi-
mo Trecentesimo XLIII. Indictione X.a Rescriptum Apo-
stolicum non mittimus propter viarum discrimina, sed
cum veneritis vobis de ipso fidem plenam faciemus, et
si volueritis, sicut continetur in presentibus dabimus
copiam de eodem. Datum ut supra. Et Ego Gfridus
q. Henrici de Erdinga publicus imperiali auctoritate
notarius predictis assignationi, lectioni et publicationi
interfui, et hec eadem in hanc publicam formam rede-
gi rogatus scripsi, ac solito meo signo signavi. Tenor
vero litterarum talis est: Reverendissimo in Christo
Patri, et domino suo gratioso domino Bertrando sacrosancte
Aquilegensis Ecclesie venerabili Patriarche Matheus Dei
gratia Ecclesie Brixinensis Episcopus cum sui recomendatione perma-
nuli, debitam reverentiam et devotam. Litteras Paternitatis ve-
stre nuper sub sigillo vestro rotundo signatas a tergo per
quemdam nuntium ignotum presentatas recepimus, quarum lit-
terarum principium tale est. Sancte Sedis Aquilegensis Dei
gratia Patriarcha Bertrandus. Venerabili Patri in Christo
eadem gratia Episcopo Brixinensi salutem et mandatis nostris
immo verius Apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos
litteris sanctissimi Patris et domini nostri domini Benedi-

cti

cti divine providentia Pape . XII. non cancellatas non corruptas, sed integras et illesas omnique suspitione carentes vera bulla plumbea ad filum canapis pendente munitas cum reverentia debita recepisse, quarum tenor talis est . Benedictus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bertrando Patriarche Aquilegensis salutem et Apostolicam benedictionem . Nuper ad nostri Apostolatus auditum displicibili admodum insinuatione pervenit quod nobilis mulier Ducissa Karinthie, que dudum cum nobili viro Johanne &c. In medio autem sic scribitur . Inhibentes nichilominus premissa auctoritate eidem domine, et sub pena excommunicationis in personam eius, et in personas consiliariorum, fautorum, adjutorum, et valitorum cujuscumque status, gradus, conditionis vel dignitatis existant . &c. Finis vero talis . Tam receptione, et assignatione earum in foribus ecclesie, ac etiam publicatione, et quicquid in premissis feceritis, fidem, et relationem legitimam per vestras patentes litteras, aut publica instrumenta . De presentatione vero ipsarum, quas registrari fecimus, ad certam relationi latoris earum nostri jurati nuntii dabimus plenam fidem . Datum in Terra nostra [illegible] nostre Diocesis die vigesimo primo mensis Januarii sub nostri impressione sigilli anno dominice Nativitatis Millesimo Trecentesimo . XLII. indictione . X.a Rescriptum Apostolicum non mittimus propter viarum discrimina, sed cum veneritis vobis de ipso fidem plenam faciemus, et si volueritis, sicut continetur in presentibus dabimus copiam de eodem . Datum ut supra . Nos itaque volentes mandatum vestrum immo apostolicum ut videtur, quamvis durum hac vice, sicut tenemur exequi reverenter, easdem litteras confecta ex illis primitus citatione juridica contra personas nominatas ibidem una cum citatione hujusmodi, quia jam erat via preclusa, ita ut non pateret nec

nostri

patere posset nunciis nostris securus ad easdem pre-
sentandum accessus publicari, et legi fecimus coram clericis
et laycis tali sub modo, per quem credimus quod eadem littere
ad notitiam personarum illic descriptarum debuerint, et de-
beant pervenire; Ac nichilominus per quemdam nuncium nostrum
juratum litteras predictas... mandavimus, qui cum venisset
illuc et presentasse volebat eisdem captus est. . . . .
in carcere. Ita ut non redire possit vel referre. Nobisque
per aliquos familiares curie significatum est, et nullum amplius
nuncium cum similibus litteris debeamus. . . . . . . nuncii
cujuslibet mortem aut prejudicium cupimus evitare. Quod au-
tem nobis injunxistis. . . . . dictum terminum, ut ad prefatum locum
personaliter ad vos usque venire ad hoc parati. . . . . . . non
timeremus discrimina et via nostra tuta pateret in iis satis
enim notorium existit nullum apertum esse transitum ad locum
predictum veniendi, et de periculo Ecclesie nostreque hoc ca-
su persone taceamus. Quare si dabitis securitatem idoneam no-
bis et nostris in Tervisium de Civitate nostra Brexinensi ve-
niendi in eundo, stando, et redeundo, quodque nullus in Ecclesia
nostra predicta subintret nisi alias ob hoc, quod nullus alio-
rum Episcoporum illuc properabit aut veniet nos supportatos
velitis habere, mandatis vestris intendimus obedire. Datum
in Bruneka VII. mensis Februarii. Indictione X^ma^. Ceterum
alius meus Conradus nuncius juratus dicti domini Patriarche retulit coram
ipso domino Patriarche se meus ipsius litteras Venerabili Patri
domino Episcopo Curiensi presentasse tenoris premissi. Et
ipsius domini Episcopi atque unius Plebani Tirolis litteras
reportavit tenoris hujusmodi Reverendo in Christo Patri
et domino: Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche Bertran-
do Grymoaldus Plebanus Ecclesie Sancti Petri juxta Castrum

Tiro

Tirolis Diocesis Curiensis obedientiam sicut debitam sic devotam. Noveritis quod litteras vestras ad citandum dominam Ducissam Karinthie, et certos suos consiliarios cum multis aliis contentis ibidem domino meo Episcopo Curiensi directas, et per se vel alium exequendas. Ego Grymoldus Plebanus predictus ad mandatum domini mei Curiensis episcopi sub prima die mensis Februarii fideliter executus. In cuius executionis testimonium meum sigillum duxi presentibus impendendum. Datum in Ecclesia Sancti Petri predicta Anno Domini Millesimo. CCC. XLII. Indictione. xma. Littere domini Episcopi tales sunt. Reverende Pater et domine de citatione nobis per vos facta, videlicet quod personaliter coram vobis debeamus ad diem certum et locum nobis prefixum super quibusdam tunc apud vos dubiis nunc heu certissimis inquirendis comparere nos habeatis excusatos, quia de eis, quod dolenter referimus estis facto plenius informatus. Nam alias vestram presentiam libenter visitaremus. Sed ex nunc propter nostrum corporis non audemus. Datum in Merano. VI. Februarii Ulricus Episcopus curiensis. Suprascriptio talis . . . Reverendo in Christo Patri, et domino domino Bertrando Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimo . . . . . . . . . . . .

per memoratum dominum Patriarcham prefatis Ducisse, et consiliariis assignato ipse dominus Patriarcha multis et arduis Aquilegensis Ecclesie negotiis occupatus non ad Civitatem Tervisinam ad presens personaliter se transferre venerabili viro Magistro Jacobo de Carraria Canonico Tervisino decretorum doctori commisit per suas patentes litteras

ras ac vice ...... ...... informationis hujusmodi recipienda ple-
narie vices meas/suos. Quarum litterarum ...... sancte Sedis
Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Prudenti ....
Iacobo de Carraria Canonico Tervisino decretorum doctori salutem in
Domino. Noverit prudentia vestra, quod dudum recepimus
cum omni reverentia litteras Sanctissimi Patris et Domini
nostri Domini Benedicti divina providentia Pape XII. in hec
verba. Benedictus Episcopus servus servorum Dei Venerabi-
li fratri Bertrando Patriarche Aquilegensi &c. ut supra.
Nos itaque cupientes mandatum, ut tenemur apostolicum exe-
qui reverenter per nostras certis tenoris litteras auctoritate
apostolica Venerabilibus Patribus .. Curiensi et + Brixinensi Episco-
pis, in quorum diecesibus Comitatus Tirolis consistit ut prefatam Du-
cissam, et Consiliarios in nostris litteris expresse nominatos require-
rent monerent atque citarent, ut prima die juridica post Domini-
cam reminiscere proximam venturam coram nobis, vel subdelega-
tis nostris in Civitate Tervisii curarent legitime comparere pro-
ut in eis litteris continetur, quorum tenore presentibus inser-
tum vobis transmittimus. Verumtamen multis et arduis Ecclesie
nostre negotiis presentialiter occupatis ad Civitatem eandem non
valentes ad presens personaliter nos transferre discretioni ve-
stre, cui predicta auctoritate mandamus, ut ad locum personali-
ter accedatis predictum, quo ad ea, que per nos illa die exer-
cenda, et fienda forent tenore presentium plenarie commiti-
mus vices nostras. Datum Aquilegie in nostro Patriarchali
Palatio die quintodecimo mensis Februarii. Anno Dominice
Nativitatis Millesimo Trecentesimo Quadragesimo secundo
Indictione .X. Tenor autem litterarum per nos directarum pre-
dictis Venerabilibus Patribus dominis .. Curiensi et .. Brixinen-

sis

sis episcopis tales sunt. Sancta Sedis &c. ut superius conti-
netur.

In die autem termini statuti et ordinati sedente memorato Magistro Jaco-
bo ex commissione sibi facta pro tribunali in Ecclesia Nivissina
et ipso faciente publicari ibidem litteras commissionis sibi facte
ante horam et per horam termini, et nullo predictorum Du-
cisse et consiliariorum in eodem loco, et statuto termino compa-
rentem, nec responsale, seu procuratore aliquo pro eisdem, et
vocatis, et proclamatis voce preconia ante fores jam dicte Eccle-
sie Nivissine, dictus Magister Jacobus subdelegatus meus predic-
tos Ducissam consiliarios, et ipsorum quemlibet, contumaces
pronunciavit, et esse in prefato negotio . . . . . . . . commisso
in eorum contumacia procedendum. Verumtamen de juris beni-
gnitate duxit prefatos Ducissam et consiliarios ad diem sequen-
tem immediate expectandos. Qui tamen minime comparue-
runt nec per se, nec per alios responsales. Post lapsum
paucorum dierum recepi litteras ejusdem domini Benedicti
predecessoris vestri sub hac forma. Benedictus &c. Qui-
bus litteris cum humili reverentia susceptis reasumpsi nego-
tium volens ad inquisitionem, et informationem eorum, que
in eisdem apostolicis litteris continetur, procedere, et plures
testes nobiles et fidedignos preter priores contumatia dicto-
rum Ducisse, et consiliariorum super contentis in dictis litte-
ris apostolicis recepi. Qui coram me constituti, cum juramento
deposuerunt legitime, quod dicta Ducissa dudum cum pre-
fato domino Johanne matrimonium contraxit, et post con-
tractum cum eo circa annos duodecim habitavit. Verum a
festo omnium sanctorum citra per nominatos consiliarios
seducta ipsum dominum Johannem ejus maritum a se, et a

toto

toto comitatu tenoris temeritate propria expulsit et ejecit, nolens sibi aliqualiter adherere immo cum prefacto Ludovico Ludovici de Bavaria, cum quo ipsa Ducissa est in tertio consanguinitatis gradu conjuncta, tractantibus et operantibus Consiliariis predictis matrimonium de facto jam contraxit, que omnia notoria et manifesta sunt secundum assertionem testium predictorum. Ego autem memoratam Ducissam eo quod apostolicis mandatis et monitis in contemptum deductis predicto domino Johanni marito, ut tenebatur, et tenetur, adherere recusavit, et contra meam inhibitionem immo verius apostolicam cum dicto Ludovico Ludovici filio temerarie et de facto contrahere presumpserit monita et mandata transgrediendo predicta, quam etiam dictos Consiliarios, qui predicta omnia tractaverunt, et procuraverunt, et suum in hoc prestiterunt auxilium, consilium, et favorem excommunicationis, et Civitates, Terras, Castra, et loca eorum, interdicti sententias, quas ipsorum exigente contumacia in scriptis protuli, incurrisse pronunciavi. Demum vero cum premissa adeo publica et notoria essent et in manifestum deducta, inter dictos Ducissam et Consiliarios, nec non dictum Ludovicum filium Ludovici de Bavaria, qui in prioribus litteris citatus non fuerat, per alias litteras certi tenoris citari feci, ut certa die pro peremptorio eis termino assignata, in Austria Civitate Aquilegensis diocesis sub penis premissis, eorum super premissis, si possent ostensuri innocentiam, et in prelibato . . . negotio . . . legitime comparere. Sicut patet per litteras, quorum tenor inferius continetur. Et per diversas Alemanie partes et Italie misi litteras et processus, per quas et quos tam dictus Ludovicus Ludovici de Bavaria filius, quam etiam dicta Ducissa et Consiliarii excommunicati,

et

et Civitates, Terrae, Castra et loca eorum subjecta inde Ecclesiastico Interdicto denunciarentur, specialiter Archiepiscopis memoratis et eorum Suffraganeis, ac etiam .. Curiensi et .. Brixinensi, ac .. Tridentino Episcopis auctoritatis, necnon . . . . et ejus Suffraganeis transmisi sub hac forma.

Due [illegible] originale corrose ed imperfette esistente presso il sig. Carlo Fabrizio di Udine sotto coperta in carta turchina coll'iscrizione al di fuori: Monumenta memorabilia. Unito ad esso c'è una copia moderna in fogli separati e simili.

Cas.o di Torsello 22. aprile 1821 Franc. [illegible]

1343. 17 settembre Bertrando Pat. dichiara giusta convenzione fatta col Pat: Raimondo, esser i coloni del Capitolo d'Aquileja esenti dalla giurisdizione degli officiali Patr: 123.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis ejusdem MCCCXXXXVII indictione XV. die ix mensis septembris. In castro utini in Patriarchali Palatio. Presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis. videlicet Nobili viro Domino Costantino de Savorgnano Preposito ecclesie Sancti stephani iuxta Aquilegiam, Domino Tristano fratre suo scolari in jure civili. Domino Guidone Zani de Reggio Canonico utinensi. Cum venerabiles viri Dominus Ambrosinus della Turre, et Dominus Ugolinus de Fontivolis de Torlinio Canonici Aquilejensis ecclesie factores, et nuncij pro capitulum Aquilegensis ad hoc precipue, et specialiter destinati diutius institissent, et continuo, ac vigilanter instarent coram Reverendo in Christo Patre Domino B. Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha occasione, et ratione quorundam massariorum Capituli Aquilegiensis oppressorum pignoratorum, ac gravatorum respondere, de jure coram officialibus Domini Patriarche, prefati indebite et injuste, ac contra privilegia, et jura, et jurisdictionem Capituli Aquilegiensis; Allegantes prefati Canonici nomine, ac vice Capituli memorati, laudum, sententiam, et arbitramentum latum per arbitros, seu arbitratores ad hoc plenariam potestatem habentes olim inter Reverendum virum Dominum Raijmundum Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham, et decanum, et Capitulum Aquilegensis ex alia parte pro se, et successoribus suis, et facientes coram prefato Domino Patriarcha semel, et pluries plenissimam, et publicam, et legitimam fidem de ipso laudo, et sententia seu arbitramento, per quod inter alia pronunciatur,

per sententiam declaratur, et dicitur dictum Capitulum Aquilegense habere plenam potestatem, liberam jurisdictionem super massarijs ipsius capituli communiter, vel divisim. Nec debere dictum Dominum Patriarcham qui nunc erat vel qui pro tempore fuerit molestare, angariare vel de ipsis justitiam facere, vel compellere eos stare juri coram se vel officialibus sub pena quinque Marcharum Aquilejensis monete prout continetur in quoddam instrumento laudi et sententie seu declarationis late inter dictum Dominum Patriarcham et Capitulum memoratum facto, et diligenter viso, per me Dominum Notarium infrascriptum. Quare predictus Reverendus Pater, et Dominus D. B. Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha volens agnoscere bonam fidem, et unicuique tribuere, et ac conservare quod suum est, et maxime jura, privilegia jurisdictionem libertatem capituli Aquilegiensis, et ejus massariorum in bancha sui lecti assidere incipit, et pluribus altis vocibus notarium publicum faciens evocari. Quo invento dixit, et pronunciavit, et asseruit quod non intendebat nec volebat quod supergastaldio, capitaneus, vel quivis alius officialis suus cuiuscumque gradus, vel dignitatis existeret, compelleret, angariaverat, vel molestaret seu compelleret, stare juri, vel justitiam faceret in massarijs, collonis, censitis capituli memorati communibus, vel divisis. Et quia ibidem presens erat Dominus Jacobus del canto prefati Domini Patriarche in temporalibus vicarius Generalis mandavit atque precepit predicto vicario suo, quatenus nulla ratione, vel causa de jure, vel de facto se intromittere contra massaros

sarios capituli Aquilegiensis communes, vel divisos ipsos compellando stare juri coram se, vel ipsos pignorari facere, vel capere, vel alium actum judicialiter exercere contra prefatos Massarios. Hec omnia ad prefatum Capitulum spectare de jure debere omnino recognoscens, et de his omnibus quem ibi protulerat, pronunciaverat mihi Dominico notario infrascripto precepit, ut publicum conficerem instrumentum. Et quia contra quendam nomine Flumus massarium capituli supradicti de Trivignano, prefattus dominus Jacobus processerat ipsum citando coram se, et ob contumatiam ipsius Flumi massarij supradicti sententiam protulerat, et executionem fieri fecerat per nuncios Domini Patriarche sibi auferendo unam armentam quem possidebat, et unum bovem, et unum vitelum parvum ad petitionem cujusdem de Camineto Massarij Johannis Archidiaconi de Utino mandavit Joanni nuncio, ut redintegraret, ac restitueret in pristinam possessionem, et statum Massarium capituli Aquilegensis sibi restituendo seu restitui faciendo unam armentam, et unum bovem suum, et unum vitelum, et omnia que injuste ablata fuerant a dicto Massario vigore, et auctoritate dicti domini Jacobi Vicarij sui, seu sententiam tanquam non suo judice lata.

Ego Dominicus filius domini Petri de Portugruario imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, et a supradictis dominis Canonicis rogatus hec scripsi et &c.

Da libro d'antico Caratere coperto di Pergamena

= inti

intitolato = Privilegi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello a carte 25 tergo seconda numerazione

Cast.o di Porpetto 20 Gennaro 1617

C. Frangipane

1344 - 5 xbre Valterpertoldo di Spilimbergo promette rivender Flambro e Belgrado al Co: di Gorizia quando gli sia vero il denaro per essi esborsato. 123

In Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem 1344 indictione XII die 5 intrante mense decembris in Spegnimbergo prope domum Communis. Praesentibus Dominis Federico quondam Domino Rodoici de Caporiaco, Bertoldo filio Domino Federici de Murucio, Leonardo quondam Burini de Spenimbergo, Nicolao fratre Marquardi militis de Castro novo, Ottaviano quondam Domini ..... de Florentia, Tono de Sallo Communitatis Florentie commorantibus in Spegnimbergo, ac Simone Aurigrafio de Goricio testibus et aliis.

Cum Nobilis vir Dominus Valterpertoldus quondam Dominus Bartholomeus militis de Spenimbergo promisisset, revendere, ac restituire Castrum, sive locum de Belgrado, cum habitantibus fortiliciis, et pertinencijs suis, et castrum de Flambri cum Garito, Advocatiis, et Juribus, et jurisdictionibus, mansis, bonis et possessionibus contentis in instrumento venditionis scripto manu mei notarij infrascripti sub dicto anno, et indictione die 4a exeuntis mensis novembris Magnifico et Potenti viro Domino Mainardo Goritie, et Tirolis Comiti recipienti pro se, Domino Henrico Comite fratre suo et heredibus eorum, et successoribus pro pretio et foro decem millium, et quingentarum librarum Veronensium parvulorum in perpetuum .....
et quandocumque dicti Domini Comites, vel alter eorum heredes et successores ipsorum dabunt et persolvent ipsi Domino Valterpertoldo et Henrico fratribus et heredibus eorum

dictam

dictam quantitatem pecunie in florenis et ducatis bonis, et justi
ponderis de auro in denaris novis, et veteribus et in denariis
Aquilejensibus videlicet infra festum ..... et natalis Domini et
promisisset idem Dominus Valterbertotus omnino facere cum effectu
quod Dominus Henricus frater suus ad predicta omnia et singula se
obligabit, et in omnibus, et per omnia confirmabit, et ratificabit, et qui
Dominus Henricus miles de Prampergo, Federicus de Murutio, et Die-
talmus de Varmo se fidejussores pro rata constituerunt ad predicta
et singula observanda et adimplenda prout de predictis omnibus
continetur publico instrumento venditionis scripto manu mei
Antonij notarij infrascripti una etiam Vorlico notario quondam
Nicolai de Gorilia sub dictis anno, et indictione die 4° exeuntis
novembris. — Volensque idem Dominus Valterpertolus omnia
premissa per eum ipsi Domino comiti Mainardo attendere et obser-
vare, et etiam adimplere ad istantiam et petitionem sui Do-
minus Henricus frater suus predictus predicta omnia et singula
et in instrumento venditionis contenta ratificavit, affirmavit,
et confirmavit, et aprovavit in omnibus et per omnia. Et predicti
Domini Franciscus de Morutio Dietalmus de Varmo, et Vulvinus
filius Henrici de Prampergo tamquam procurator dicti Patris sui
ad omnia, et singula supradicta et infrascripta specialiter con-
stitutus prout continetur publico instrumento manu Francisci
Domini Superini de Superinijs de Spinimbergo sub dictis anno
et indictione die 12° intrante decembris, a me notaro viso

et

et Secto, ibidem per se, et eorum heredes cum obligatione omnium
suorum bonorum mobilium, et immobilium, presentium, et futurum,
cum refectione omnium damnorum, et expensarum, ac interesse litis
et extra pro rata fidejussores extiterunt. Promittentes dicti fi:
dejussores pro se et heredibus ipsorum et jurantes corporaliter ad
Sancti Dei Evangelij omnino facere, et procurare cum effectu quod
dicti Domini Qualterpertolus, et Henricus fratres de Sperimbergo
eorumque heredes revendent et restituent ipsis Dominis Comiti:
bus vel alteri eorum eorumque heredibus et successoribus dictum
castrum Belgradi cum habitantiis, et fortiliciis suis, et Gastaldi:
am de Flambri cum Garito Advocatiis, juribus, ac jurisdictio:
nibus, et omnibus bonis, mansis, et possessionibus venditis ipsis
fratribus de Sperimbergo per ipsos Dominos Comites antedictos
sub hipotecha et obligatione predicta omnium suorum bono:
rum. Et ad majorem confirmationem omnium et singulorum
predictorum prefatus Dominus Henricus cum sigillo fratris sui
Domini Valterpertoldi predicti et ejus voluntate quia sigillo
proprio caret, hoc presens instrumentum una cum dictis fide:
jussoribus eorum sigillis pendentibus roboraverunt.

Et ego Antonius filius Francisci de Austria
civitate imperiali auctoritate notarius una cum
vortico notario quondam Nicolai de Goritia his
omnibus interfui et rogatus fideliter scripsi etc.

Da Racolta di carte antiche copiate, e unite insieme
esistente presso il Sig. Conte Luigi Ottelio, la quale
comincia: Copia di diverse scritture antiche cavate

d un Processo formato tra Consorti di Spilimbergo di ragione su
Documento N.ro 26. – Tutti li documenti di questa raccolta han
no un numero progressivo

Cas.l di Porcia 23. feb.o 1817.

C. Frangipane

1345. 14 maggio — Bertrando Pat: investe Odorigello di Monte-Regale
(...) — ex ganti di Malnius già posseduto del fu Cozzettino.

Tratto da Libro senza titolo del comune di Tolmino contenente Istromenti ed altro, che comincia: Nota di Istromenti e carte 17.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto indictione decima tertia die quatuor decimo mensis madii presentibus Ven. Viro Domino Constantino de Savorgnano Arcidiacono Ecclesie Sancti Stephani Aquilejensis Nobilibus viris Dno Manfredio de Savorgnano Ricardo de Cucanea Francisco de Strassoldo militibus Henrico de Strassoldo, Nicolusio de Zuccola Odorico de Castello Moruccio de la Frattina et

sio Schtarcha Nicolussio de Lorenzaga et
Nicolussio Ubiti de Utino testibus et aliis
cum pars illa Castri et montis de
monteregali nec non Gariti ville medietas
et medium caranda seu sylva sita in
Colle de Spia, quibus olim Cozettinus de
monteregali habebat et tenebat in Pheudum
ab Ecclesia Aquilegensi tam per mortem
ipsius Cozettini qui absque legitimis here-
dibus ex se descendentibus de hoc seculo
transmigravit quam et proter proditiones
adversus aquilegensem Ecclesiam per dictum
qm. Cozettinum Commissas sint ad Rdm.
In Christo Patrem, et Dominum Dnum. Dei
gratia Sancte Sedis Aquileiensis Patriarcham

cham et ipsius aquilegensis Ecclesie legiti= mi
ore devoluta. Idem Dnus Patriarcha con= cio
siderans et attendens grata fidelitatis obsequia sibi
ac dicte sue Ecclesie per nobilem virum Dnum = ne
brigella de monteregali exibita ad presens potest ac
una cum eis filiis exibere suo domino in fu=
turum et propterea volens ipsum favore pro=
sequi gratiose ut eo ferventius ad dicte aquilegen=
sis Ecclesie obsequia inducatur, pro se ab eodem Ex=
cellentissimo viderit honore utiliter promotum
pro se suisque successores ac nomine aquilegensis
Ecclesia in dictum partem Castri ac montis de monte
Regali ac Guritte ville de malnis nec non carandum
sive sylvam pervenitam ad predictam Aquilegensem Eccle=
siam sic ut premittitur devolutas cum omnibus

Juribus Jurisdictionibus redditibus proventibus honoribus
et obventionibus universis ad bona premissa spectantibus Jo
hanni filio Dni Morgelli nominatim Cazzettini bona ipsa habe
bat et tenebat ab Ecclesia supradicta tradidit et concessit ac
nunque de illis dicto nomine personaliter investivit
salvo jure Aquilegensis Ecclesiae et omnium personarum ad
habendum tenendum possidendum et quicquid aliud eidem Domino
Morgello et suis heredibus placuerit salvo iure predicti, fiendi
ti perpetuo faciendum cum omnibus quae habent dicta bona
supra infra se in integrum domibus vineis campis pratis pa
Pascuis Sylvis nemoribus venationibus piscationibus aquis a-
quarum ductibus ac cum liberis accessibus et egressibus us-
que in vias publicas quae quidem bona predicta Dominus Patri-
archa constituit se nomine ipsius Domini Morgelli pos-
sidere donec ipsorum bonorum possessionem acceperit

corporalem quem recipiendi sua auctoritate et re=
tinendi deinceps licentiam omnimodam contu=
lit. Dictus vero Joannes nomine patris sui ante=
dicti prestitit prefacto Dño Patriarche fideli=
tatis debitum Juramentum quod vasalus Dño suo prestare
in similibus consuevit ac etiam juravit et promisit
nomine antedicto quod dictus pater suus et ipse heve=
des Castrum predictum de monte Regali premominato Dño
Patriarche successoribus ejus suisque servitoribus ac
nunciis pro defensione jurium, et bonorum Aquile=
jensis Ecclesie, et offensione, presertim inimicantibus
eidem Ecclesie ac aliter causa hospitii, et ani=
mi recreatione aperiet et claudet omni tem=
pore tam pacis quam guerre quomodocumque et
quotiescumque causa ocurrerit vel ipsi Dño

Patriarche successoribus, ac eorum carcitoribus, et nun=
tiis placuerit. Promitteat etiam dictus Joannes
facere quod predictus Dnus Odoirigo da Pater=
nus in predicta omnia et singula jurata et pro=
missa, per ipsum Joannem ratificabit, ac promittet
inviolabiliter observare.

S. N. Et Ego Bertrandus q. sp. S. Cazzonelli de Sancto Vi=
to Concordiensis diocesis ac Aquilegensis Diocesis Im=
periali Auctoritate Notarius Pub. ex commissio=
ne mihi facta per serenissimum principem et
Reverendissimum in Christo Patrem Dnum Dnum Philip=
pum de Alanconio sacro sancte Romane Eccles.
Cardinalem et Patriarcham Aquilegensem di=
gnissimum prout in notis, et protocollis olim pru=
dentis viri Gabertini de Notariis mediolanen-

sit dictis hoc temporis predicti Domini Bertrandi Patri=

arche, scribe inveni nihil addens, vel minuens quod

sensum mutet seu variet intellectum fideliter ne=

blicavi signumque meum quoniam consuetum in te=

stimonium premissorum

L. S. Ioannes maria sclavolinus filius qm. Dominici pub.

ap.ca et imperiali auctoritate Notarius Aviane

Instrumentum suprascriptum prout invenit ex=

traxit ex quodam processu formato inter M.to

Ill.es Consortes Montis Regalis et Spec. Comunita=

tem Aviani ab anno 1606. existente ... es

ne.ssarium ejusdem spec. Comunitatis, et in fidem

se subscripsit

Dall'estratto del Catapane di Aviano

pag. 11. tergo esistente nel nostro Archivio — Volume – Miscellanea del Friuli

D. A. Frangipane

1347 12. febb.° I fiorentini del friuli danno relazione al comune di Firenze del terremuoto del 25 gennajo in friuli 

Havrete udito di diversi e pericolosi tremuoti, che sono stati in questi paesi, i quali hanno fatto grandissimo danno. Correndo gli anni del nostro Signore secondo il corso della Chiesa MCCCXLVIII. Indicione prima, ma secondo il nostro corso della annunziacione ancora nel MCCCXLVII, a di 25 di Genajo in venerdi il di della conversione di S. Paolo ad ore VIII, e quarta presso al vespero, che viene ore cinque in fra la notte fu grandissimo tremuoto, e durò per piu ore il quale non si ricorda pure mino vivente il simile; imprima in Sacile la porta diverso Friuli tutta cadde. In Udine cadde parte del palagio di misser lo Patriarcha, e piu altre case. Cadde il Castello di S. Daniello in Friuli, e morivi piu huomini e femmine. Cadono due torri del Castello di Ragogna, e discorsono in fino al Tagliamento, cioè uno fiume così nomato e morivi più genti. In Gelmona la metà, e più delle case sono rovinate, e cadde el campaniele della maggiore Chiesa è tutto fesso e aperto, e la figura di S. Cristofano intagliato in pietra viva si fesse tutta per lungo. Per li quali miracoli e paura i prestatori a usura di detta terra convertiti a penitenza feciono bandire, che ogni persona che avessono loro dato merito e usura andasse allo loro per essa. E più

di otto di continuavono di renderla. In Avencione il campanile della terra si fesse per mezzo, e più case rovinarono; il Castello di Tolmezzo, e quello di Tonastagno e quello di Destrafitto cadono, e rovinaro no quasi tutti, ove morirono molte genti. Il Castello di Lembergo che era in Montagna, si scommosse rovinando fu trasportato per Tosterimoto da X. Miglia del luogo dove era in prima, tutto disfatto. Un Monte grandissimo, ov' era la via che andava al lago Tonestagno, si fesse e partì per mezzo con grande rovina rompendo il detto cammino: e Stagni, e vedrone due Castella con più di L. Ville che sono sotto il contado di Gorizia intorno al fiume di Graglia sono rovinate, e coperte da due Monti, e quasi tutte le genti di quelle perite. La Città di Villaco in Frioli, vi rovinarono tutte le case, se non fu una d'un buon Uomo e giusto e caritatevole per Dio. e poi del suo contado più di LX. tra tra Castella e Ville sopra il fiume d'Atri, per simile modo detto di sopra sono tutte rovinate e somerse da due Montagne, e piena la valle, onde correa il detto fiume per più di X. miglia, il monistero di Restagno rovinato e sommerso, e mortavi molta gente. El detto fiume non avendo sua uscita e corso

usato

usato al di sopra hà fatto un nuovo e grandi lago. Nella detta Città di Villacq molte maraviglie v'appariro che la grande piazza di quella si fece à modo di croce, della quale sorsova prima usci sangue, e poi acqua in gran quantità. Et nella Chiesa di S. Jacopo di quella città vi si trovarono morti 500. Uomini, che ci erano fuggiti senza li altri morti della terra più delle tre parti degli abitanti. Scamparono per divino miracolo i latini e forestieri, e poveri. Per Carnia più di mille huomini sono trovati morti per lo tremuoto, e tutte le Chiese di Carnia sono cadute, e le case el Monastero di Osgalche e quello di Verchir tutti sobbissati.

Data in Udine nel Mese di Febrajo 1347.

Verci – Tomo 12. Doc. 1448. pag. 83

1348. Contesa tra Ettore di Savorgnano e Federico di Castello Raimondo pel garito di Forgaria ed altro. 

Haec infrascripta est responsio facta per me Hectorem de Savorgnano pro me et consortibus meis de Flagonea ad petitionem, quam mihi facit Federicus de Castro Raimundi.

In primis quidem ad id, quod dictus Federicus dicit, quod ego eundem molestem et impediam in garito Forgariae, quod dicit ad se spectare se=cummodo pleno jure, Dico, et Respondeo ego Hector meo, ac predic=torum consortum meorum nomine, quod ipsum garitum, non ad ipsum sed solum ad nos pertinere dignoscitur pleno jure, et ipsum garitum habuerunt, tenuerunt, et possederunt Dni de Flagonea a tempore, quo non extat memoria, citra, et adhuc habemus, et possidemus, pa=tet namque quod hoc ita sit, quoniam Forgaria est, et fuit Villa, et Castrum Raimundi noviter edificatum fuit, ita quod garitum non ad Villam, sed ad Castrum Flagonee quod antiquissimum est, spectare de=bet et spectat, apparet etiam ex hoc, quod Dni de Flagonea habuerunt huc usque, et habent pasturas tam de feno, quam de vino, ab homi=nibus de Forgaria, qui solvere tenentur hoc excepto, quod D. Fe=dericus interdum a mansariis suis jura hujusmodi accepit, de quo peto nomine quo supra, restitutionem, et satisfactionem nobis fieri per eundem Federicum, et hoc si necesse est, parati sumus probare per antiquos homines Patrie.

Item ad id, quod idem Federicus dicit, quod ego Hector non permittam buscare, sylvare, ac pascolare illos de Forgaria, et de Castro Raimun=do in communis, et silvis Flagonee, quod dicit pleno jure ad ipsos de Forgaria, et de Castro Raimundo pertinere; dico ego Hectore meo nomine, et predictorum consortum meorum, quod illos de Forgaria non impedimus, nec impedivimus, ut debitis temporibus non pasculent

tamque

tanquam vicini in pascuis, seu communiis Flagonea, sed eosdem buscare, et sylvare in nostris sylvis, et communiis molestavimus continuo, et de cetero molestare intendimus tanquam super nostros, in quo dicti de Forzaria nullum jus penitus habent, illos autem de Castro Raimundi in utroque molestavimus, et molestare intendimus, quia jura illa solum ad nos, et non ad ipsum pertinere dignoscitur.

Item ad id, quod dictus Federicus dicit, quod ego Hector sibi detineam occupata bona quondam Federici de Flagonea sita in Plebe Forzarie que dicit emisse, habuisse, et possedisse tribus annis in pace, et quiete: Dico ego Hector, quod si que bona habeo, et possideo de bonis que fuerunt dicti Dni Federici, illa habeo et possideo justo titulo, et ipsa bona percepi, et emi de sua pacifica tenuta, et possessione, et hoc si necesse est sum paratus probare.

Item ad id, quod dictus Federicus dicit, quod ego Hector sibi detineam occupata omnia bona, que Anzuttus de Flagonea habebat in Plebe Forzarie, que bona dicit ipse Federicus emisse ab Anzutto cum voluntate Candidi filii sui; Dico, et respondeo ego Hector, quod ipsa bona de pacifica tenuta, et possessione dicti Anzutti emi nomine, et vice Catherine filie mee uxoris Candidi filii dicti Anzutti de dotibus, et juribus dicte mee filie, que bona dicta mea filia postmodum continuo habuit, et possidet pacifice, et quiete.

Item ad illud, quod ipse Federicus dicit, quod ego Hector sibi detineam occupatum jus buscandi, pascolandi, et sylvandi in sylvis, et communeis Flagonee, quod jus dicit emisse a quondam Geraldo here. de q. Plebani ut in ejus petitione continetur. Dico ego Hector meo nomine, et meorum consortum predictorum, quod nec ego, nec mei

consortes

consortes cognoscimus, nec cognovimus qui fuissent dicti Stefanus, et Berardus ejus heres, qui jus hujusmodi in nostris sutris, et communeis haberent. Quare peto nomine antedicto mihi hoc declarari, quo declarato respondere curabo, pro ut justitia postulabit.

Item ad id, quod dictus Federicus dicit, quod cum pax facta fuerit inter ipsum, et me Hectorem, et quod ego pluries contravenerim, propter quod petit penam ducentarum marcarum, pro quolibet vice, qua contrafactum fuerit. Dico ego Hector, quod hoc, quod mihi dicit, sibi dicere possum, et dico, et peto mihi satisfieri de singulis penis, in quibus mihi tenetur ex eo, quod contrafecit, et fregit mihi non solam pacem, sed plures factas inter nos, nec aliter aliquo tempore contra me fecit, nisi durantibus pacem, vel treguis, et hoc, si necesse est, sum paratus probare.

Et predicta omnia, et singula respondeo, et dico, salvis omnibus, et singulis meis juribus, et defensionibus, ac predictorum consortum meorum, et salvo jure addendi, minuendi, mutandi, et corrigendi.

Ad primum capitulum domini Hectoris de Savorgnano, in quo dicit me Federicum de Castro Raimundo accepisse Divissuto, et Canciani suis mansariis, et &c. Miror quod petit talia a me, quia bene sit, et est manifestum quod illi de Sinzano, et Henrigulus de Ragonea sibi acceperunt, et fuit facta pax inter eos.

Ad 2dum Capitulum, quod Fidelis de Tredemano fuerit captus per me hoc non nego, quia feci tempore guerre, inter ipsum, et me, et postea fuit facta pax prout ipse d. Hector in suis scriptis confitetur.

Ad 3um Capitulum, quod fecissem contra pacem, et insultum in obsidione Castri Ragonee, et &c. Ipse bene scit, quod illi de Sinzano,

et

et Bujatus de Cormono fecerunt, et postea fuit facta pax.

Ad 4tum Capitulum quod desistere debeam a molestatione ejus mansi, qui dicitur fuisse Petri de Joppo et &c. Dico, quod dictum mansum emi a matre dicti Petri de sua tenuta et possessione, et est instrumentum emptionis.

Ad 5tum Capitulum, quod feci comburere unam mulierem et &c. bene feci, et adhuc facere justitiam cum dictum garritum pleno jure ad me pertineat, et alias fuerit lata sententia arbitraria, prout est publicum instrumentum.

Ad 6tum Capitulum, in quo dicit me fecisse derobare quemdam de Cambrio, et &c. hoc nego expresse, et offero me paratum ostendere innocentiam meam immo libenter vellem invenire malefactorem, et facere justitiam, prout feci de muliere, cum dictum garritum Forgarie solum ad me pertineat, prout dixi.

Ad 7mum Capitulum de multis factis, et jure caldarie, et &c. Hoc feci tanquam ille, qui fuit, et est in possessione ante compromissum, et longo tempore.

Ad ea, que dicit, se consortem Flagonee, et petit pro se et consortibus Flagonee, et &c. Dico, quod ipse non est de consortibus, sed tenet consortes extra Flagoneam contra Deum, et justitiam, et nullum habet jus pretendi in talibus, quia sententia fuit lata per D. Henricum de Strassoldo, et magistrum Goorticum Notarium de Utino, quod nec ipse D. Hector, nec D. Nicolaus de Castello tempore Dni Patriarche Pagani usque ad XXV annos non debebant habere facere, nec se ingerere in Castro Flagonea prout sunt publica instrumenta, et ideo cecidit in pena, et

ab.

ab omni jure suo, nec reputandus est consors, sicut nunquam fuit, nec esse debet de jure.

Ad responsa mee petitionis per D. Hectorem ea, que dixi, probo, et offero me probaturum, sicut ordo juris postulat, non astringens me probaturum nisi ea solum, que mihi sufficiant.

Salvis omnibus aliis meis juribus, et defensionibus, ac petitionibus addendi, minuendi, mutandi, et corrigendi.

Item peto ego Federicus, quod cum in manibus vestris Domini Patriarcha fuerint facte treugue inter ipsum D. Hectorem, et me Federicum, per nos, et nostros servitores sub pena quingentarum marcarum, et proprii, ac feudi, et illi relaxati stantes in Savorgnano exierunt, et voluerunt interficere uxorem Laurentii mei servitoris. Quare peto penam, et procedi contra sacramentum ipsius Domini Hectoris.

Ego Federicus peto penas plurime pacis facte inter nos, et ipsum D. Hectorem, et me Federicum, cum ipse petat ea, de quibus plures pax fuit facta, propterea ipse D. Hector sine diffidatione aliqua, et jure aliquo, vel offensa, pace pendente obsedit Castrum meum fraudulenter, et malo modo, unde fuit frater meus Nicolaus mortuus, et quamplures servitores, et me roncavit, et combussit ad damnum mille marcarum, et ultra, sine morte hominum.

Item quod cum ipse obsedisset Flagoneam cum certis suis sequacibus me Federico inscio, intravit villam meam de Arsuins, et damnificavit me in quadringentis marchis, et ultra, derobando meos mansorios.

Item dum haberem pacem cum ipso D. Hectore, placuit ipsi D. Hectori Cisinum suum Capitaneum mittere in villam meam de Forcaria, et derobare, ex quo fui damnificatus in centum marchis et ultra.

Item

Item, dum haberem pacem cum ipso D. Hectore, placuit ipsi D. Hectori Cisinum suum Capitaneum mittere in villam meam de Forgaria, et derobare, ex quo fui damnificatus in centum marchis, et ultra.

Item cum facta fuit pax cum in manibus vestris D. Patriarche, ipse D. Hector tractavit cum meis servitoribus, et suis de accipiendum locum meum, et mortem meam tractando, nec pro ipso remansit ex quo sum damnificatus in centum marchis, et ultra, sine verecundia.

Salvis aliis meis ratitionibus, et juribus.

Item peto mansum introytus suo rectum per Deressutum, quem D. Hector detinet mihi occupatum, et probo per instrumentum.

Ad petitionem Dusingussij et &c. Respondeo quod nunquam accessit sibi aliquod, et si sibi accessissent, hoc fuisset in tempore guerre, et est facta bona pax, pro ut sum paratus probare.

Ad petitionem filiorum quondam D. Floridi in Castro Raimundo, et bonis sitis in Forgaria et &c. Nescio ego Federicus, quod habuerit aliquod jus, salvo jure meo opponendi, cum Pater meus, et ego habuerimus possessionem pacificam ultra XV annos, et si quod jus habuisset, quod ego nego, perdidisset ex prescriptione XV annorum secundum consuetudinem Fori julij.

Et de Plebe nihil habeo eis respondere, cum non fuerint Plebani, neque sacerdotes.

Item de facto Nicolaj Carneli, nihil scio, et postea multe paces facte sunt &c.

Sic jacetur

Suprascripta sex capita scripturarum fideliter aliena manu educere feci

feci ex notis olim Dni Stephani Notarij Civitatensis mihi commissis.
Ego Marcus Antonius Nicoletus, Civis, et vice Cancellarius dictae Ci-
vitatis, meque in fidem rogatus cum usitato signo subscripsi.

Da libro d'antico carattere coperto di carta pergamena, ed intitolato: Federico primo, Costantino primo et altri Sa-vorgnani — esistente presso il Sig.r Co: Luigi [Ottelio] Cisone pagina N.o 10.

Cast.o di Porpetto 9 Xbre 1816.

Frangipane

1348 10 7bre Bertrando Patr. per mezzo del suo Maresciallo Pietro de Tuexo 173
fa proseguire il processo contro Porty, Maurano ed altri ribelli, e facinorosi di Cividale

Da un protocollo in 4 notaro Filippo quondam Alberghetti de Vandolis che si conserva nell' Archivio veccio del collegaio de' spettabili Sig.ri Notari.

In Nomine Domini Amen Anno Nativitatis ejusdem M. CCCXLVIII, indictione prima die X mensis septembris Utini in Sala inferiori Patriarchali Palatij presentibus Nobilibus et potentibus militibus Dominis Federico de Savorgnano et Hermano de Carnea, ac Dominis Guilelmino de Pratta, Rizardo de sic Nicolussio olim Domini Federici de Villalta, Pagano de Savorgnano, Chono de Tevristayn, Magnardo de Villalta, Nicolusio de Prumuchio, Gallo de C.A. Henrico de Strasoldo, Federico de Mutio, Ricardo de Colloretto, Warnerio de Cucanea, Coradella de Sancto Daniele, Bello de Savorgnano, Nicolusio q. Doulici de Villalta, Francisco de Colloretto, Thomasio de Fricano, Geglo Domini Federici de Murutio, Bernardino de Attems, Federico de Zaganea, Morando de Murutio, Megnardo de Zaganea, Zane de Ragonea, Anceo ejusdem loci, Lisio de Sancto Daniele, Nicolusio de Mels, Gjachino de Spitimbergo, Gallatio de Cavoriacho, Nicolussio Warbitti de Utino, nec non prudentibus V. Gabriele Domini Decani, Johanne de Monticulis de Verona Jurisperito, Brdrio quondam Raynerotti Castrono de Bardis, Odorlico quondam Domini Josephi de Glemona, J. sic de Zaganea, Magistro Nicolino de Venzono

Petro

Petro Casine, Magistro Francisco scolarum de Utino, Nam[?]
de Bononia, et Fermacora Notario de Fraza testibus et
aliis ~~pulir~~ pluribus. Constitutis in judicio coram sapienti
viro domino Jacobo del Canto de Florentia legum docto-
re posito per laudum et sententiam, ac consilio loco do-
Bertrandi mini nostri Domini B. Patriarcha Aquilegensis, et spe-
cialiter deputato in judicem in causa infrascripta, Domi-
nis Petro de Juaco marschalto Patriarchalis curie Aqui-
legensis et Johanne Carbonelli familiare domini Patriarche
supradicti procuratoribus et procuratorio nomine Reveren-
di in Christo Patris et D. D. Bertrandi dei gratia s. sed.
Aquilegensis Patriarche dignissimi volentibus prosequi ter-
minum assignatum infrascriptis malefactoribus et viola-
toribus quorum nomina inferius describuntur, et eorum
excessus, proposuerunt dicentes quod salvis et reservatis
in omnibus juribus suis procuratorio nomine quo supra
quod cum nuncio prefati domini judicis terminum excu-
sationis coram ipso domino judice fecerant assignari ad
diem locum et horam presentes Johanni de Portis, ac Ro-
dulfo fratribus et Henrico Formiga et ~~Petto~~ Petorossio fra-
tribus magistro Johanne Physico de Aquilegia, Franciscut-
to de Marzano, et Nicolao Longho de Civitate A. Super

exfor.

exfortiis et conspiratione per eos factis de mense Augusti proxime preterito contra Ecclesiam Aquilegensem, et contra personam Domini Patriarche predicti, videlicet quod ipsi hoc tractaverunt mortem ipsius Domini Patriarche, et conati fuerunt ipsum interficere, et violenter cum hominibus forensibus armatis intrare in Palatio dicti Domini Patriarche causa interficiendi eum voluerunt et conaitaverunt, et provocaverunt populum dicte Terre, et ad hoc pulsantes campanam ad martellum et Banderiam tenentes, et traventes in manibus inimicorum dicte Ecclesie, et dicti Domini Patriarche, qui sunt in Banno dicte Ecclesie sententialiter condemnati super platea dicte Terre. Item super conjuratione per eos facta contra dictam Ecclesiam, et dictum Dominum Patriarcham videlicet quod ipsi omnes juraverunt et induxerunt ad juramentum sub eis tam cum seductionibus quam cum minis quamplures homines de Civitate et quod deberent eos juvare contra omnem personam de mundo non excipiendo Dominum Patriarcham, qui est eorum Dominus. Item et super occupatione dominationis et jurium dicte Ecclesie Aquilegensis et Domini Patriarche predicti, quia ipsi ausu temerario contra consuetudines dicte terre consilium per se plures fecerunt in locis privatis et non consuetis contra

contra honorem dicti Domini Patriarche non vocato vel presente suo Gastaldione, nec certis hominibus consilii dicte Terre quod Gastaldio, quod etiam necesse debet et consuevit Consilium bonorum hominum dicte Terre congregare in loco consueto. Item quod ipsi datia nova in dicta Terra imposuerunt et levaverunt absque licentia ipsius Domini Patriarche, et in dampnum communis dicte Terre, et contra libertates dicte Terre, et contra jura et jurisdictiones dicte Ecclesie, et Domini Patriarche predicti. Item quod ipsi claves portarum dicte Terre propria eorum auctoritate acceperunt et tenerunt facientes claudi et aperiri portas dicte Terre de die et nocte introducentes in dictam Terram, et ejicientes quos voluerint forenses et extraneos, et catenas ellevatas in portis dicte Terre de die et de nocte tempore pacis tenentes contra honorem Domini Patriarche predicti. Item quod ipsi de mense Augusti [illegible] quamplures homines forenses et pedites armatos in dictam Terram venire fecerunt in dampnum communis et illos tenent, et eorum operibus et servitiis utuntur ad presens contra honorem Domini Patriarche et Ecclesie Aquilegensis, et contra libertatem et pacificum statum Terre Fori julii, et dicte Terre Civitatis propter quod dictus Dominus Patriarcha non potest stare secure prout consuevit in dicta sua Terra Civitatis.

tis, nec cives dicte Terre audent publice facere facta sua prout consueverunt prius. Item super eo quod ipsi modo modo de predicto mense Augusti Corticum Cremam mercatorem et civem dicte Terre ad ostium domus in qua habitabat sassinari et interfici mandaverunt et fecerunt per Philippum dicti Bolbo et Cinausar, quos ipsi receptant manutenent et deffendunt in dicta Terra contra honorem dicti domini Patriarche, et in vituperium jurisdictionis sue, et ista de causa, et propter alias minas, quas inferri fecerunt pluribus, plures boni cives exierunt de dicta Terra, et sic Terra predicta, que est Ecclesie Aquilegensis depopulatur et devastatur. Item super eo quod ipsi ab uno anno, et dimidio citra salvo plus et minus, presbiterum de Valmasono captivum fecerunt et captum tenuerunt per longum tempus in eorum propriis domibus privatum carcerem facientes, petentes ab eo septuaginta marchas denariorum, et quia non dabat eis fecerunt eum captum duci per diversas silvas et montes de nocte, et ipsum tormentaverunt extraentes dentes de ore ejus, et ipsum presbiterum super strata publica derobaverunt de una cavalla et de uno breviario et vestibus suis. Item super eo quod dictus Henricus Formica, et Nicolaus Grossus fratres quosdam mercatores teotonicos, qui in civitate fuerant ospito-

ti secuti fuerunt supra strata publica et eos derobaverunt, et captivaverunt, et captos retinent in castro de Groninbergho dictorum Johannis et Ysoudpti (?) in Fortis privatum carcerem facientes in vituperium et contemptum jurisdictionis Ecclesie Aquilegensis et domini Patriarche predicti. Item super derobatione per eos facta super strata publica de XV. gaunis Ribole, quas portari fecerunt in domo dictorum Henrici et Petoresii expendentes dictum vinum, ex quibus robarijs stratarum inciderunt in penam statuti Colloquii generalis facti contra derobatores, et violatores stradarum. Item super eo quod ipsi bannitos Ecclesie Aquilegensis et dicti D. Patriarche receptant manutenent et deffendunt in dicta Terra, et in eorum proprijs domibus et forticilijs contra honorem et in contemptum Ecclesie Aquilegensis et jurisdictionis dicti domini Patriarche. Item quod predicti et quilibet predictorum sibi ad invicem in predictis et singulis predictorum casibus maleficijs, et delictis dederunt et dant operam, auxilium consilium et favorem. Post quas allegationes ibidem sic factas in judicio comparuerunt Thomasutus notarius Franciscus Chinde et - - - - - de civitate Austrie asserentes se procuratores et excusatores personarum predictarum et petito per ~~presentem~~ partem adversam, quod de eorum procuratorio et excusatoria fidem facere deberent, et dictis

id ipsam faciendam per dominum judicem prefatum et astantes expectati
ipsam fidem pluries requisiti non fecerunt ymo a judicio recesserunt,
post quorum recessum prefati Dominus Petrus de Furno, et Johannes
Carbonelli procuratores predicti et procuratorio nomine rogaverunt
ipsum dominum judicem ut necesset a circumstantibus sententialiter
diffiniri, postquam prefati Thomasinus, Franciscus et non
docent nec docuerunt de procuratorio, et excusatorio quod alligabant
quid inde juris esset, et ipso petente sententia exitit per omnes
astantes nullo penitus discrepante, quod ipsi haberi debebant pro
extraneis personis, et si quo tempore apparerent eos vel aliquem eorum
esse procuratores, vel excusatores personarum predictarum non admitti
vel audire, cum ipsi sepius requisiti, ut dictum est, fidem de pro-
curatorio et executoria predictis non fecerunt, et si quo tempore
appareret eos vel aliquem ipsorum esse procuratores vel excusato-
res ex nunc sententialiter esse cassum, vanum, irritum, et nullius
valoris ipsum procuratorium seu excusatorium esse decreverit et
etiam omnia ibidem per eos gesta dicta et protestata tanquam ex-
tranearum personarum, et eorum impedimentum non obstante
debere procedi super negotio principali ad satisfaciendum termino
assignato, quapropter predicti Petrus de Furno et Johannes Carbonel-
lus instantes allegationibus eorum supradictis, et ultra hoc dicen-
tes et alleagantes quod Dominus Patriarcha et Aquilegensis Ecclesia se
violatas tenebant, ac erant a predictis quibus terminus sextus assigna-
tus est pro predictis derobationibus rebellionibus maleficiis et con-
spirationibus et eos incidisse in penam ordinamenti Colloquii ge-
neralis, et etiam cujusdam Privilegii imperialis loquentis contra
fac

facientes conspirationes contra dominum Patriarcham Aquilegensem, item rogaverunt ipsum dominum judicem ut peteret sententialiter difiniri quid inde juris esset, quo domino judice petente per eos astantes ne mine discordante sententiatum fuit, quod primo et ante omnia judi cium et persone legitimari debeat, deinde dicerci de Privilegio im periali predicto loquente contra facientes conspirationes, et de con stitutione generalis Colloquij loquente contra derobatores stratarum, et alios malefactores, et postea procedi super facto principali ad sa tisfaciendum termino excuse hodie assignato: et ad faciendum fidem quo modo idem dominus Jacobus del Canto erat legitimus judex dicte questionis, et ipsi Petrus de Fucxo, et Johannes Carbonelli erant legitimi procuratores in predictis Domini domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie et aliorum quorum interest, produxerunt ibidem notas mei dominici Zivbini de Utino notarij infrascripti scriptas sub anno domini et indictionis predictis die XVI mensis septembris qui bus lectis et vulgarizatis in judicio sententiatum fuit per omnes astantes ipsum dominum Jacobum esse legitimum judicem, et pre dictos petrum de Fucxo, et Johannem Carbonellum esse legitimos procu ratores dicti domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie ac omnium et singulorum quorum interest: ad faciendum vero fidem de Privilegio imperiali et constitutione generalis Colloquij produxe runt ibidem quoddam exemplum Imperialis Privilegij etc. Et unum publicum instrumentum scriptum manu Thomasini notarij de Utti no quondam Nicolai Aratoris ex notis domini Gabrielis notarij de Cremona sub anno domini M.CCC XXVIIII. indictione XII. die Mercurij VII mensis junij quibus lectis in judicio sententiatum fuit ipsos procuratores procuratorio nomine quo supra bene fidem

fecisse

fecisse tam de Trivisanio loquente contra facientes conspirationes, quam de constitutione generalis Colloquij loquente contra derobatores, et violatores stratarum quibus omnibus sic legitimatis et peractis prefati procuratores procuratorio nomine supradicto rogaverunt ipsum dominum judicem quod cum prefati citati ad faciendum eorum excusationem de maleficijs, derobationibus, occupationibus, et conspirationibus, et alijs maleficijs per eos patratis ut prefertur non compareant personaliter, ut tenentur nec aliquis legitimus pro eisdem, et sint affidati ad veniendum, standum, et reddendum ad terminum presentem, salva ratione, eisque Galaytum bonum et securum sit exhibitum per dominum Patriarcham et ejus Marescallum predictos, ut peterent a circumstantibus sententialiter diffiniri, quid inde juris esset, quo Domino judice querente sententiatum extitit per eos, quod ipsi proclamari deberent ante fores Palatij Patriarchalis, que quidem proclamatio statim per Magirum preconem Communis Utini facta fuit, prout idem Magirus (et secundum quod sententiatum fuit ... ) retulit in judicio suo sacramento fecisse fidem de proclamatione jam dicta: et ulterius querente dicto Domino judice ad petitionem dictorum procuratorum quid juris, sententiatum fuit quod debebat fieri fides de termino seuse assignato predictis, que quidem fides ibidem in judicio per ipsum Magirum preconem bene et sufficienter facta fuit, prout ibidem sententiatum extitit bona fide fecisse de termino antedicto et ulterius petente dicto Domino judice a circumstantibus quid juris sententiatum extitit per omnes astantes, quatuor dumtaxat exceptis quod prefati citati tanquam malefactores, derobatores, predones spoliatores stra-

tarum

tarum, detentores bonorum et jurium et libertatis Aquilegensis ecclesie, cujus sunt servitores, et tanquam facientes conspirationem contra Dominum suum, tam vigore Privilegii imperialis quam constitutionis Colloquii generalis et etiam consuetudinis fori julii debent esse et sint perpetuis temporibus in banno personali, prout talibus decet, dicti Domini Patriarche et Aquilegensis ecclesie et ejus totius districtus, et quod omnia eorum bona tam feudalia quam propria, tam mobilia quam immobilia excidant et excisa sint, et confiscari debeant, et confiscentur ipsi Domino Patriarche et Ecclesie Aquilegensi, de quibus ipse Dominus Patriarcha, et cui commiserit proprio arbitrio se possit et valeat intromittere, et quod terra Civitatis dicti Domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie cum juribus et libertatibus suis perpetuo sit et esse debeat dicti Domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesia cum omnibus et singulis juribus, jurisdictionibus, et obventionibus suis prout esse consuevit, non obstante impedimento predictorum Citatorum, et condemnatorum, vel alterius cujuscumque persone, et quod omnes eas castellani, vassalli, franchi, Dresmanni, habitatores, populares, servitores et communantie, ac etiam omnes subditi Aquilegensis Ecclesie debeant esse cum dicto Domino Patriarcha ad recuperandum dictam Civitatem austrie ipsi Ecclesie Aquilegensi et exequendum omnia et singula superius sententiata et ad faciendum executionem de predictis omnibus et singulis per sententiam astantium omnes subditi Ecclesie Aquilegensis dati et assignati fuerunt, et etiam omnes precones, et nuncii fori julii si expedierit ut faciant et exequantur

prout

prout superius est sententiatum.

Et Ego Dominicus Magistri Zubini de Burgo inferiori Utini imperiali auctoritate notarius et nunc Cancellarius Patriarchalis Curie predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi signoque meo, et nomine appositis consuetis.

Ex Authographo, quod servatur apud Martinum Guliolam. (Utinensis)

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 233 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Compitto 20. giugno 1817.

Frangipane

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXLVIII. Indictione prima die X. mensis septembris in sala inferioris Patriarchalis Palatii presentibus Nobilibus et potentibus militibus dominis Federico de Savorgnano, et Hermanno de Carnea, ac dominis Guilelmino de Pratta, Rizardo de sic

Nicolussio olim domini Federici de Villalta, Zagano de Savorgnano, Pino de Pertistayn, Maynardo de Villalta, Nicolussio de Murutio, Gallo de C.A. Henrico de Strasoldo, Federico de Murutio, Wicardo de Coloreto, Warnerio de Cucanea, Cavadella de Santodaniele, Bello de Savorgnano, Nicolussio D. Odorlici de Villalta, Francisco de Colloretto, Thomasio de Pricano, Peglo domini Federici de Murutio, Bernardino de Attemps, Federico de Faganea, Morando de Murutio, Meynardo de Faganea, Zane de Ragonea, Fracio ejusdem loci, Lissio de Sancto Daniele, Nicolussio de Mels, Bijachino de Sophinbergo, Gallato de Cavoriaco, Nicolussio Warlitti de Utino, nec non prudentibus W. Gabriele domini Decani, Johanne de Monticulis de Verona jurisperito, Budrio quondam Raynerotti Castrono de Bardis, Odorlico quondam domini Josephi de Glemona, J. sic

de Faganea, Magistro Nicolino de Venzono, Petro Casine, Magistro Francisco Scolarum de Utino, Nani de Bononia, et Hermacora Notario de Pratta testibus et aliis pluribus. Constitutis in judicio coram sapienti viro domino Jacobo del Canto de Florentia Legum Doctore posito per laudum et sententiam, ac consilio loco Domini nostri domini Bertrandi Patriarche Aquilegensis, ac specialiter deputato in judicem in causa infrascripta, Dominus Petro de Fucxo Marscalk Patriarchalis Curie Aquilegensis et Johanne Carbonalli familiare Domini Patriarche supradicti procuratoribus et procuratorio nomine Reverendissimi in Christo Patris, et D. D. Bertrandi Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis

sii Patriarche dignissimi volentibus prosequi terminum assignatum infrascriptis: malefactoribus, et violatoribus quorum nomina inferius describuntur, et eorum excessus, proposuerunt dicentes, quod salvis et reservatis in omnibus juribus suis procuratorio nomine quo supra quod cum nuncio prefati domini judicis terminum excusationis coram ipso domino judice fecerant assignari ad diem locum, et horam presentes Johanni de Portis, ac Rodulfo fratribus et Henrico de Sorvica et Petrossio fratribus Magistro Johanni Physico de Aquilegia, Francisco de Manzano, et Nicolao longo de Civitatis A. super exortis et conspiratione per eos factis de mense Augusti proxime preterito contra Ecclesiam Aquilegensem, et contra personam Domini Patriarche predicti videlicet quod ipsi tractaverunt mortem ipsius Domini Patriarche et conati fuerunt ipsum interficere, et violenter cum hominibus forensibus armatis intrare in Palatio dicti Domini Patriarcha causa interficiendi eum voluerunt et concitaverunt, et provocaverunt populum dicte terre ad hoc pulsantes campanam ad martellum et standardiam tenentes et tradentes in manibus inimicorum dicte Ecclesie, et dicti Domini Patriarcha, qui sunt in Banno dicte Ecclesie sententialiter ? condemnati super platea dicte terre. Item super conjurationem per eos factam contra dictam Ecclesiam et contra dictum Patriarcham videlicet quod ipsi omnes juraverunt et induxerunt ad juramentum sub cistam cum seductionibus, quam cum minis quamplures homines de Civitate et quod deberent eos juvare contra omnem personam de mundo non excipiendo Dominum Patriarcham, qui est eorum Dominus. Item et super occupatione dominationis et jurium dicte Ecclesie Aquilegensis et Domini Patriarcha predicti, quam ipsi ausu temerario

contra

contra consuetudines dicte terre consilium per se plures fecerunt
in locis privatis et non consuetis contra honorem dicti Domini Pa-
triarche non vocato vel presente suo Gastaldione nec certis hominibus
consilii dicte Terre quia Gastaldio quidem necesse debet et con-
suevit Consilium bonorum hominum dicte Terre congregare in loco
consueto. Item quod ipsi datia nova in dicta Terra imposuerunt
et Levaverunt absque licentia ipsius Domini Patriarche, et in damp-
num comunis dicte Terre, et contra libertates dicte Terre et con-
tra jura et jurisditiones dicte Ecclesie, et Domini Patriarche pre-
dicti. Item quod ipsi claves portarum dicte Terre propria eorum
auctoritate acceperunt et tenuerunt facientes claudi et aperiri por-
tas dicte Terre de die et nocte introducentes in dictam Terram
et eicientes quos voluerunt forenses et extraneos, et catenas elle-
vatas in portis dicte Terre de die et de nocte tempore pacis te-
nentes contra honorem Domini Patriarche predicti. Item quod
ipsi de mense Augusti predicto quamplures homines forenses et
pedites armatos in dictam Terram venire fecerunt in dampnum
comunis et illos tenuerunt, et eorum operibus et serviciis utuntur ad
presens contra honorem Domini Patriarche et Ecclesie Aquilegen-
sis, et contra libertatem et pacificum statum terre Fori julii et dicte
Terre Civitatis propter quod dictus Dominus Patriarcha non potest stare se-
curum prout consuevit in dicta sua Terra Civitatis nec cives dicte Ter-
re audent publice facere facta sua prout consueverunt prius.
Item super eo quod ipsi malo modo de predicto mense Augusti Dor-
ticum Cremam mercatorem, et Civem dicte Terre ad hostium domus
in

in qua habitabat sagirari, et interfici mandaverunt et fecerunt per Philippum dictum Trolbe et Cinauser, quos ipsi receptarent et manutenent et defendunt in dicte Terre contra honorem dicti Domini Patriarche, et in vituperium jurisdictionis sue et ista de causa et propter alias minas quas inferri fecerunt pluribus plures boni Cives exierunt de dicta Terra et sic terra predicta que est Ecclesie Aquilegensis depopulatur et ie vastatur. Item super eo quod ipsi ab uno anno et dimidio citra sotuo plus et minus presbiterum de Palmasono captivari fecerunt et captum tenuerunt per longum tempus in eorum proprijs domibus privatum carcerem facientes petentes ab eo septuaginta marchas denariorum, et quia non dabat eis fecerunt eum captum duci per diversas silvas et montes de nocte, et ipsum tormentaverunt extrahentes dentes de ore ejus, et ipsum presbiterum super strata publica derobaverunt de una cavalla et de uno breviario, et vestibus suis. Item super eo quod dictus Henricus Formiga, et Peterossius fratres quosdam mercatores Paduanos qui in Civitate fuerant ospitati secuti fuerunt super strata publica et eos derobaverunt et captivaverunt, et captos detinent in Castro de Cronimbergho dictorum Johannis et Rodulphi de Portis privatum carcerem facientes in vituperium et contemptum jurisdictionis Ecclesie Aquilegensis et Domini Patriarche predicti. Item super derobatione per eos facta super strata publica de XV saumis ribole, quas portari fecerunt in domo dictorum, Henrici, et Peterossii expendentes dictum vinum ex quibus robarijs stratarum inciderunt in penam Statuti Colloquij Generalis facti contra derobatores, et violatores stratarum. Item super eo quod ipsi bannitos Ecclesie Aquilegensis et dicti Domini Patriarche recep-

tant

tant et manutenent et deffendunt in dicta Terra, et in eorum propriis do-
mibus et fortiliciis contra honorem et in contemptum Ecclesie Aquilegensis
et jurisdictionis dicti domini Patriarche. Item quod predicti et quilibet
predictorum sibi ad invicem in predictis et singulis predictorum casi-
bus malefitiis, et delictis dederunt et dant opem, auxilium consilium
et favorem. Post quas allegationes ibidem sic factas in judicio
comparuerunt Thomasuttus Notarius Franciscus chinta et ------
de Civitatis Austrie asserentesque se procuratores et excusatores perso-
narum predictarum et petito per partem adversam, quod de eorum
procuratorio et excusatorio fidem facere deberent, et diutius ad ipsam
faciendam per dominum judicem prefatum et astantes expectati ipsam
fidem plures requisiti non fecerunt ymo a judice recesserunt, post
quorum recessum prefati dominus Petrus de Fucxo et Johannes Corbo-
nelli procuratores predicti et procuratorio nomine rogaverunt ipsum
dominum judicem ut peteret a circumstantibus sententialiter diffini-
ri, postquam prefati Thomasuttus Franciscus et ------ non
docent nec docuerunt de procuratorio, et excusatorio quod allega-
bant quid inde juris esset, et ipso petente sententiatum exitit per
omnes astantes nullo peritus discrepante quod ipsi haberi debebant
pro extraneis personis, et si quo tempore appareret eos vel aliquem
eorum esse procuratores, vel excusatores personarum predictarum non
admitti nec audiri, cum ipsi sepius requisiti ut dictum est, fidem de
procuratorio et excusatorio predictis non fecerunt, et si quo tempo-
re appareret eos vel aliquem ipsorum esse procuratores vel excu-
satores ex nunc sententialiter esse cassum, vanum, irritum, et nul-
lum

us valoris illud procuratorium seu excusatorium esse decreverit, et imo omnia ibidem per eos gesta dicta et protestata tamquam extranearum personarum et eorum impedimenta non obstante debere procedi super negotio principali ad satisfaciendam termino assignato, quapropter predicti Petrus de Sueco et Johannes Carbonellus instantes allegationibus eorum supradictis et ultra hoc dicentes, et allegantes quod Dominus Patriarcha, et Aquilegensis ecclesia seu violatos tenebant, ac erant a predictis, quibus terminus seu assignatus est pro predictis derobationibus rebellionibus, molestiis et conspirationibus et eos incidisse in penam ordinamenti colloquii generalis, et etiam cujusdam Privilegii Imperialis loquentis contra facientes conspirationes contra Dominum Patriarcham Aquilegensem iterato rogaverunt ipsum Dominum judicem ut peteret sententialiter diffiniri quid inde juris est, quo Domino judice petente per eos astantes nemine discordante sententiatum fuit, quod primo et ante omnia judicium et persone legitimari debent, deinde doceri de Privilegio Imperiali predicto loquente contra facientes conspirationes et de constitutione generalis colloquii loquente contra derobatores stratarum, et alios malefactores, et postea procedi super facto principali ad satisfaciendum termino excuse hodie assignato: et ad faciendum fidem quo modo idem Dominus Jacobus del Canto erat legitimus judex dicte questionis, et ipsi Petrus de Sucxo, et Johannes de Carboneti erant legitimi procuratores in predictis dicti Domini Patriarcha et Aquilegensis Ecclesia et aliorum quorum interest produxerunt ibidem notas mei Dominici Zerbini de Utino Notarii infrascripti scriptas sub Anno Domini et indictione predictis die VI mensis septembris

bris quibus lectis et vulgarizatis in judicio sententiatum fuit per omnes astantes ipsum Dominum jacobum esse legitimum judicem, et prædictos Petrum de fucxo, et johannem Carbonellum esse legitimos procuratores dicti Domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie ac omnium et singulorum quorum interest. ad faciendum vero fidem de Privilegio Imperiali et constitutione generali colloquii produxerunt ibidem quoddam exemplum Imperialis Privilegii et &c. et unum publicum instrumentum scriptum manu Thomasini Notarii de Utino quondam Nicolai ferratoris ex notis domini Gabrielis Notarii de Cremona sub Anno Domini M. C C C XXVIIII indictione XII die Mercurii VII mensis junii. Quibus lectis in judicio sententiatum fuit ipsos procuratores procuratorio nomine quo supra bene fidem fecisse tam de Privilegio loquente contra facientes conspirationes quam de constitutione generalis colloquii loquente contra derobatores et violatores stratarum quibus omnibus sic legitimatis et peractis prefati procuratores procuratorio nomine sepedicto rogaverunt ipsum Dominum judicem, quod cum prefati citati ad faciendum eorum excusationem de maleficiis derobationibus, occupationibus, et conspirationibus et aliis maleficiis per eos patratis ut profertur non compareant personaliter, ut tenentur nec aliquis legitimus pro eisdem et sint affidati ad veniendum, standum et reducendum ad terminum presentem salva ratione, cisque salvum conductum bonum et sacrum sit exibitum per dominum Patriarcham et ejus marescalcum predictos, ut peteret a circumstantibus sententialiter diffiniri, quid inde juris esset, quo Domino judice querente sententiatum extitit per eos, quod ipsi

pro.

proclamari deberent ante fores palatii Patriarchalis, que quidem proclamatio statim per Magivam preconem Comunis Utini facta fuit, prout idem preco retulit in judicio suo Sacramento fecisse, secundum quod sententiatum fuit ibidem ipsum preconem bene fecisse fidem de proclamatione jam dicta: et ulterius querente dicto domino judice ad petitionem dictorum procuratorum quid juris, sententiatum fuit quod debeat fieri fides de termino scuse assignato predictis, que quidem fides ibidem in judicio per ipsum Magivam preconem bene ett sufficienter facta fuit prout ibidem sententiatum extitit bonam fidem fecisse de termino antedicto et ulterius petente dicto domino judice a circumstantibus quid juris, sententiatum extitit per eos astantes, quatuor dumtaxat exceptis quod prefati citati tanquam malefactores derobatores, predones spoliatores stratarum, detentores bonorum et jurium et libertatis Aquilegensis Ecclesie, cujus sunt servitores, et tanquam facientes conspirationem contra dominum suum, tam vigore Privilegii Imperialis quam constitutionis colloquii generalis et etiam consuetudinis fori julii debent esse et sint perpetuis temporibus in banno personali, prout talibus decet, dicti domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie et ejus totius districtus, et quod omnia eorum bona tam feudalia quam propria, tam mobilia quam immobilia excidat et excisa sint, et confiscari debeant, et confiscentur ipsi domino Patriarche et Ecclesie Aquilegensi, de quibus ipse dominus Patriarcha, et cui comiserint proprio arbitrio se possit et valeat intromittere, et quod terra Civitatis dicti domini Patriarche, et Aquilegensis Ecclesie cum juribus

et

et libertatibus suis perpetuo sit et esse debeat dicti Domini Patri-
arche et Aquilegensis Ecclesie cum omnibus et singulis juribus, juris-
dictionibus et obventionibus suis prout esse consuevit, non obstante
impedimento predictorum citatorum, et condemnatorum, vel alte-
rius cujuscumque persone, et quod omnes castellani, vassali, fran-
chi, diesmani, habitatores populares, servitores et comunantie
ac etiam omnes subditi Aquilegensis Ecclesie debeant esse cum
dicto Domino Patriarcha ad recuperandum dictam Civitatem
Austrie ipsi Ecclesie Aquilegensi. et exequendum omnia et sin-
gula superius sententiata, et ad faciendum executionem de
predictis omnibus et singulis per sententiam astantium omnes
subditi Ecclesie Aquilegensis dati et assignati fuerunt, et etiam
omnes precones, et nuncij fori julij si expedierit ut faciant
et exequantur prout superius est sententiatum.

Et ego Dominicus Magistri Zirbini de burgo inferiori Utini
Imperiali auctoritate Notarius et nunc Cancellarius Patriarcha-
lis Curie predictis omnibus et singulis interfui et rogatus
scripsi signoque meo, et nomine appositis consuetis.

Ex Authographo quod servatur apud Martinum Crotic-
lam (utinensem)

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina
232 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis
di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 22. Luglio 1817.

Frangipane

Da un Processo formato tra consorti di Spilimbergo di ragione del spettabile Sig.r Francesco Brunalesco Novaro, copia del quale autentica si conserva nella publica Cancellaria coperto di carta pecora di carte 845 comincia (Instantia et Responsio) e finisce (ingrossatio ut supra — Pagina 801. Tergo

Dai Raccolta di Carte antiche copiate e unite insieme, esistente presso il Sig. Co. Luigi Ottelio di Udine senza titolo e numerazione di pagine, appostovi però il numero progressivo ad ogni documento — N.o 4.

Cas.o di Porpetto 25. 9bre 1816.

Frangipane

vatione aliqua dolo fraude, vel ingenio, sive causa de jure, vel de facto, ac et sub pena mille marcharum danariorum Aquilejensis monete minus quinque solidorum seu meliovamentis in singulis capitulis stipulatione premissa. Qua soluta vel non presens instrumentum et omnia que in eo continetur nihilominus suam stabilem obtineant perpetuo firmitatem. Pro quibus omnibus et singulis attendendis obligavit omnia sua bona mobilia, et imobilia, presentia, et futura: item reficere, et restituere omnia et singula damna, et expensas, ac interesse litis et extra: quos vel quas faceret in judicio, sine extra quomodocumque &c. Insuper promisit, et stetit dictus D. Jacobus pro se suosque heredes ipsis Dominis Gualteubertoldo et Henrico per se suisque heredibus &c. Et si dictum Castrum reperiretur esse feudum et faciet et curabit ita et totaliter et dictus Dominus feudi eos investiret intra unum mensem, post quam requisitus fuerit sine aliquo pretio dante, vel proferente, et hoc sub pena supradicta &c. Qui D. Gualterpertoldus, et Henricus parati fuerunt sacramentum ob... fideliter facere si est feudum. Qui D. Jacobus per gratiam eis promisit non prejudicando aliquid eis de dicta venditione, et Nuncium tenute assignatus fuit eidem emptorem Attovianum testem infrascriptum, et licentiaverunt partes me notarium in refectione instrumenti cum omnibus meliovamentis dictorum Dominorum Gualterpertoldi et Henrici fatribus &c.

Ex notis spectabilis Ser Antonii Barbati Notarius Utinensis cujus scripture, extant penes Jacobi de Girardis Notarius Utinensis.

Da ~~Facolta~~ un processo formato l'altri pagine

vel si qui veriores forent confines cum sedeminibus, Domibus, curtis, Hortis, Bajarziis, campis, Pratis, silvis, Paludibus, campaneis, montibus, Planiceijs, Dominejs, Gavitibus, et cum omnibus hominibus de masnatis, et cum suis aliis tenutis et possessionibus quas habebat in confinibus, et districtu dicti castri Sonimberghi, et cum omnibus piscationibus, et venationibus, aucupationibus, aluviis, massariis, molendinariis, arboribus, aquis, ductibus, aquarum decursibus, terris cultis, et incultis, cum omnibus juribus, et actionibus spectantibus, et pertinentibus dicto castro Sonimbergi una cum introitu et exitu a celo usque ad abissum. Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, vendendum, donandum, permutandum, obligandum, infeudandum, alienandum, pro anima et corpore iudicandum quicquid eis, vel eorum heredibus placuerit ~~pro precio~~ perpetua faciendum sine contraditione, et impedimento dicti venditoris suorumque heredum, vel alicujus alterius persone. Et si dictum castrum, possessiones, homines de Masnada, campaneas, montes, colles, Palluta, Dominium, et Gavitum plus valeret dicto precio illud plus dictus venditor per se suosque heredes ipsis emptoribus donavit nomine donationis, que dicitur inter vivos, et non causa mortis, non valens ipsam donationem ulla in juria, ingratitudine, sive causa revocare sed ipsum castrum, bona, montes, campaneas, Palluta, tenutas, possessiones, homines de masnata, Gavitum et jura, ac dominium legittime deffendere, varentare, manutenere, auctorizare, ac insolidum disbrigare ante omnem hominem et personam, nec contra predicta, vel aliquid predictorum ullo tempore facere, vel venire

ratione

1348 15. 8bre l'Alterpertoldo ed Enrico di Spilimbergo comprano il castello di Sonemberg da Giacomo qm. Fulchero di Fagogna per 400 marche

In nomine Domini 1348. indictione 1ma die 15a intrante mense 8bris. Presentibus Guidone filio quondam Desiderati, Attaviano filio qm. D. Jucii, Venuto Notario qm Presbiteri Leonardi, Dominico qm. D. Rainaldi omnibus istis habitantibus in Spilimbergo, Fulcherio filio D. Aquilejae de Zuculo, Candido filio qm Marquardi de Belgrado ad hec vocatis et amplius aliis.

Nobilis vir D. Jacobus filius qm Nobilis vir D. Fulcheri de Flagognio nunc Belgradi habitans, de bono amore et pura voluntate, non vi, nec metu, seu timore aliquo, pretio, et foro quatuor centum Marcharum solidorum parvulorum; quod precium ~~futura~~ totum ibidem coram testibus suprascriptis et me Notarius subscriptus contentus fuit habuisse, et recepisse a Nobilibus viris Dominus Valterpertoldus, et Henrico fratribus et filiis olim Nobilis Militis D. Bartholomei de Spilimbergo, exceptioni sibi non dati, habiti, soluti, recepti, et non numerati dicti pretii tempore hujus contractus omnino renunciant; per se suosque heredes si proprium jure proprii, si feudum jure feudi cujuscumque nomine censeant, dedit, vendidit, et tradidit, eisdem Dominis Valterpertoldo, et Henrico fratribus pro se, et heredibus suis ementibus, et recipientibus vel cui darent totum Castrum Sonimbergi Diecesis Episcopi Concordiensis cujus hii sunt confines ab una parte est mons dicti Castri, qui confinat usque ad aquam Medunae versus Orientem est quidam mons dicti Castri usque ad montem, sive collem S. Zenonis, ad tertia dotalium dicti Castri, ad quarta villa Sequalis et Campanea Istraze, vel

... corretto

Gerardo Vescovo Emoniese Vic.° Patr. eccita il clero ed i laici del Patriarcato a soccorrere con le carità e coi lavori la Chiesa d'Aquileja cadente.



GERARDUS divina miseratione Episcopus Emonensis, et dñi... Sanctæ sedis Aquilegensis Patriarchæ Vicarius universis Christi fidelibus tam Clericis quam Laicis, in Patriarchatu Aquilegensi constitutis, ad quos litteræ istæ pervenerint, in vero salutari salutem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi, pro ut in corpore gessimus, recepturi, sive bonum fuerit, sive malum ~~fuerit~~, oportet nos diem messionis extremæ operibus misericordiæ prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris quod reddente Domino cum fructu multiplicato recolligere valeamus in cœlis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam

qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat
in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam æ:
ternam. Ea propter Caritatem vestram roga:
mus, moneamus, et in Domino plurimum ex=
hortamur, atque vobis in remissione vestrorum injun=
gimus peccatorum, quatenus ad opus inceptum A..
quilegie pro reformatione Ecclesia, que a suis
servitoribus propter intemperiem Civitatis Aquilegensis
omnino deseritur (quod opus sine bonorum et
fidelium Christi compleri non potest auxilio,
maxime cum ad tantum opus finiendum propria
non sufficiant facultates) vos qui personaliter pote:
stis ad dicti operis auxilium accedatis; et qui perso:
naliter accedere non potestis de bonis a Christo vobis
collatis manum misericordiæ taliter operi porrigatis, et
per

4.

rei laborem praesentium transmittatis, et per hoc et alia pietatis opera, nec dante Domino feceritis, aeternae retributionis praemium consequi valeatis. Nos vero, ut ad pietatis opera vos fortius invitemus, de Omnipotentis Dei, Beataeque Virginis Mariae, et Apostolorum Petri et Pauli, atque Sanctorum Martyrum Hermachorae et Fortunati, et omnium Sanctorum, quorum reliquiae et corpora in Aquilegensi Ecclesia requiescunt, necnon Sanctorum Pelagii et Maximi patrociniis confidentes, omnibus, qui ad dictum opus accesserint personaliter auxilium impensuri et qui eia duxerint auxilia conferenda et transmittenda, de injuncta eis pro criminalibus poeni-

tur

tentia annum unum et quartam par=
tem venialium in Domino relaxamus.

Da Volume di documenti raccolti dal fu m. Monsignor Florio di, che ha per titolo = Opuscula Iacobi Gordini = che non ha numerazione di Pagine, ed esiste nella Biblioteca del Sig. Conte Filippo di lui nipote in Udine

Castello di Porpetto 4. marzo 1817. — C. Frangipane

Megnardo Co: di Gorizia fa tregua fino a giugno col Pat: Bertrando.

Nos Megnardus Comes Goritie, et Tyrolis Ecclesiarum Aquilegensis, Tridentine, et Brixinensis advocatus presentibus profitemur, et constare volumus universis, quod nos pro nobis, et fratribus nostris Comitibus Alberto, et Henrico, nostrisque adjutoribus amicis, subditis, sequacibus et nobis adherentibus Civitatensibus, Communitatibus Castellanis tam Theutonicis, quam latinis quorum dominium sive possessionem tenemus quocunque nomine censeantur, facimus animo deliberato bonas legales et firmas treugas Reverendo Domino Domino Bertrando Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche, ipsiusque adjutoribus, amicis, subditis, sequacibus, et eidem adherentibus, Civitatensibus, Communitatibus, Castellanis, tam Theutonicis quam latinis cujuscunque conditionis existant quorum dominium, sive possessionem ipse Dominus Patriarcha nunc obtinet usque ad festum Sancti Johannis Baptiste mensis junii proxime futurum inclusive firmiter duraturas ita videlicet, quod cum rebus suprascriptis, et hominibus habitantibus in locis sibi subjectis nihil debeamus disponere nec aliquam jurisdictionem exercere cum eisdem cujuscunque conditionis existant. Quas quidem treugas promittimus inviolabiliter observari per nos, et nostros fratres predictos adjutores, amicos, subditos, sequaces Civitatenses Communitates, Castellanos, et alios quoscunque nostros subditos et subjectos tam Theutonicos, quam latinos, quorum dominium sive possessionem nunc tenemus usque ad predictum festum Sancti Joannis Baptiste mensis junii inclusive observare firmiter bona fide, sine fraude, ac facere inviolabiliter observari. In cujus rei testimonium presentes litteras nostri sigilli fecimus impressionem muniri.

Datum

Datum in nostra quastoriaca Civitate die prima mensis No-
vembris sub anno domini Millesimo Trecentesimo quadra-
gesimo nono Indictione secunda.

1349. 27 aprile

Testamento di Simone di Polcenigo prima di partire per la visita dei luoghi santi di Roma. 124.

Anno Domini Millesimo trecentesimo, quadragesimo, nono, Indictione secunda die vigesimo septimo Novembris, in Ecclesia Sancti [illegible] in [illegible] presentibus Dominis Presbyteris [illegible] de Aviano, [illegible] in Plebe [illegible] Vicario Odorico [illegible], Petro quondam Ser Hermanni, Nicolao de Laporta, Donato quondam Ser [illegible] de Aviano, Laurentio [illegible] Ser Tomassij de [illegible] Spenberg, Joannepetro nato Ser Odorici de Polcenico, testibus ad hoc vocatis ab ipso testatore specialiter rogatis.

Egritudinis vehementia corporalis solet plerumque a valeamus [illegible] mentem adveritere, ut [illegible] temporalia rerum etiam sensus istam dijudicare non valet, Et ideo dum in corpore quies est, et in mente sobrietas melius providetur, et [illegible] ultime [illegible] voluntatis. [illegible] Nobilis Vir Dominus Simon quondam Domini Odorigucii de Polcenico sobrietatis mentis, et corporis constitutus per gratiam Jesu Christi intendens visitare limina beatorum Apostolorum Petri et Pauli de Roma, in suffragium anime sue et progenitorum suorum dispositionem [illegible] bonorum. Et ejus totius patrimonii, [illegible] [illegible] nuncupativum Testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit, Primo namque dixit voluit, et mandavit quod [illegible] et [illegible] [illegible] quondam Domini Guecellonis de Polcenico libras et [illegible] [illegible] de [illegible] dicti Domini Simonis conscientia eidem tenebatur pro [illegible] [illegible] et [illegible] aliis legata [illegible] voluit, et mandavit quod de ejus bonis, et domus sue, Ecclesia Sancti Petri de Castro Polcenici [illegible] [illegible], et [illegible], et si subscripti ejus heredes impedirent [illegible] non [illegible] in loco consueto, teneantur [illegible] [illegible] in super aliquo ejus Castale in dicto Castro. Item jure [illegible] luminarie dicte Ecclesie decimam [illegible] de [illegible]. Et Decimam [illegible] Odorici [illegible] de Polcenico et decimam quatuor camporum suorum de [illegible] [illegible]. Item legavit dicte Ecclesie [illegible] quadraginta [illegible] pro [illegible] unum

Missale ad Divinum offitium in dicta Ecclesia celebrandum, et hoc pro adimplenda voluntate, .. quondam legatario condam Ser Domini Carlavini. Item legavit dicta ecclesiae solidos viginti venetorum grossorum pro emendo unum Calicem, in dicta Ecclesia ob ... et aliis legatis exequendis, et persolvendis, Idem Testator specialiter dessignavit Mansos suos de Monteglano, Mansos de Puzolli, Unum Mansum situm in Zaganea in villa unum Mansum in villa de Prestemano, et duos Mansos de Bavarcelo, et ad hec exequenda et executioni mandanda Dominum Presbiterum Angelum Vicarium in Plebe Juriani; Et Dominos ... de Pretestano, et Adalpretum de Chiavanea, et quemlibet ipsorum insolidum suos constituit commissarios et executores dans, et tribuens eis, et cuilibet istorum, liberum arbitrium, et potestatem alienandi, ... in solutum quibuscumque dandi vendendi, et de pretio conveniendi, et recipiendi, et de evictione se obligandi, et omnia efficaciter faciendi, pro executione dictorum legatorum, quemadmodum ipse testator facere posset, Et tribuens eis, et cuilibet ipsorum in predictis liberam administrationem, et generale mandatum. Ita quod non valeant ... heredibus sui heredibus modo aliquo impedire et c. In omnibus autem aliis bonis mobilibus, et immobilibus presentibus et futuris juribus et actionibus. Brugnanam ejus filiam sibi heredem universalem ... tuit, et cetera.

P. N. Ego Johannes filius condam Ser Guidonis dicti Machet de Vienna nunc habitator ... Impeviali auctoritate Notarius scripsi hanc particulam cujusdam testamenti .... et non cancellati de abreviaturis condam Ser Minici nominati Pavoil de Juriano mihi commissis ... Circumspectum Virum Dominum Carlanadum de ... vicedominum Generalem quondam Reverendissimi

imi in Christo patris Domini Domini Ludovici Dei gratia Aquilejensis Dignissimi Patriarche nihil addens vel minuens quod sententiam mutet nisi forte punctum vel virgulam, et ad majorem fidem et cautelam meis solito nomine et signo me subscripsi

Copiata dall'originale pergamena esistente nell'archivio del Conte Francesco qm. Ottavio di Polcenigo, e Fanna Mazzo N.º 55. n. 1.

Polcenigo 11. febb.º 1816

C. Frangipane

1350. 5. giugno — Bertrando Pat. mentisce la voce sparsa, che volesse cedere Sacile a Friderico Savorgnano, dichiarando di tener quella terra in particolare. 33

Anno Domini milles. trecentes. quinquages. indictione III. die V. junii presentibus discretis viris dom. Rajmundo qu. Domini Bruini, Benvenuto qu. ser Beni, almarico ejus fratre, Pallotto notario qu. Bvartoni, Joanne de la Barba, Bernardo qu. ser Vendrami, Salvagno Alcherio qu. ser. Tomasoli, Biluto notario, Francisco Pelipario, Alexandro qu. Martini de Bigeto predictis de Sacilo, nec non dom. Petro de Fixo maresealco et Dino Domicello infrascripti dom. Patriarche et aliis, cum Reverendissimus Pater Dom. Bertrandus Patriarcha Aquilegensis ante ejus presentiam fecisset citare consiliarios et plures bonos homines Sacili, presente nobili milite Dom. Friderico de Savorgnano Capitaneo Sacili, idem dom. Bertrandus Patriarcha dixit et protestatus fuit consiliariis et aliis bonis hominibus, quod si per eundem dom. Fridericum vel ejus officiales aliquid factum fuerit novitatis, quod sibi dicerent sub pena fidelitatis et sacramenti, et quod terra Sacili et Cadubrii rum plus diligebat aliis terris et locis Aquilegensis Ecclesie ex eorum fidelitate, quia terra Sacili exegit a Comitissa Goritie et Comite de Ortemburch pro quingentis Marchis, quum venit in Patriarcatum, et Cadubrium acquisivit cum suis denariis, et ex sua potentia quia reputabat ea esse quasi patrimonialia. Et quia quidam garrulabant

dicentes quod terra Sacili alligavit dom. Friderico pro salariis et optamentis dicte terre, quod nullum est. Quare dixit dictus dom. Patriarcha: domine Friderice dicatis mihi, si est terra Sacili vobis in aliquo obligata, vel ypotecata tacite vel expresse, aliqua occasione vel causa. Qui dom. Fridericus surgens ibidem dixit et proprio ore confessus fuit; domine mi dico quod terra Sacili non est mea sed vestra nec mihi obligata, nec pro salario, nec optamentis. Et si hodie diceretis mihi quod castrum et terram vestram Sacili exirem, cras ante tertiam vobis illud darem et recederem. Qui dom. Patriarcha respondit regratietur Deus quod contentus. Quamplures. Actum Sacili super domo filliorum qu. ser Beni.

Ego Franciscus joannis de Sacilo imperiali auctoritate notarius interfui rogatus et scripsi.

... Tomo 12 ... 1490 pag 152

cis

wis

[illegible]

wdo

[illegible]

te

hia

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ihl

[illegible]

2

[illegible]

90.

mencis
discretis
i nota
ernardo
ie Alex
ti ante
a Sabia
ius Com
monu
de Savo
- Bastel
L Doctri
ili de
meria
ibani
cbo
quo
ness
num

Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo indictione III die V mensis Junii, Sacili in domo filiorum qu. ser Beni presentibus discretis viris Dom. Rayinundo qu. Dom. Duaini (?) Sallato qu. Cristofori notario, Alberio qu. Domini Jobi, Joanne della Barla Salvagno, Bernardo, Nicolao fratribus, Zambono qu. Tomaxii, misco (?) qu. Joannis in die Alexandro qu. Martini de Bozeto de Sacilo testibus et aliis. Constituti ante presentiam Reverendissimi patris ac Dom. Dom. Bertrandi Dei gratia Patriarcha Aquilegensis discreti viri Nicolaus qu. Dom. Petri Maranus (?) Communis Sacili, et Bonaventura Beni sindicus et procurator Communis Sacili proposuerunt dicentes, quod per Dom. Fridericum de Savorgnano Capitaneum Sacili et Cavolani, et per Beletum eius Gastaldionem Cavolani et Bibani extorquebantur hominibus et districtualibus Sacili mutas in Baro (?) et alibi dicta Gastaldie Sacili de rebus predictorum hominum et districtualium Sacili et morantibus ducentibus per terram et districtum Cavolani et Bibani et si emebant vinum solvebant unum grossum pro una pelitti (?) solvebant, de quibus emebant in dicto districtu, quod numquam fecerunt potissime a tempore citra quo idem Dom. Patriarcha habuit et possedit terras et possessiones Cavolani et Bibani quod erat in enorme prejuditium, damnum

et jacturam suorum fidelium de Sacilo. Supplicantes eidem Dom. Patriarche quatenus predictas mutas faceret abolere, et in hijs faceret, quod suo honori cederet. Qui Reverendissimus pater Dom. Patriarcha grata et immensa obsequia, quod fideles sui Sacili ei, et sue Aquilegensi ecclesie fecerunt temporibus retroactis, et in futurum sperat habere, ac videns eorum constantiam, et fidelitatem, volens eis gratiam facere specialem, voluit, et statuit, et decrevit, quod quilibet civis, vel incola terre Sacili vel districtus possit ducere res et mercadantias cujuslibet manerici per districtum suum Cavolani et Bibani libere et impune, sine aliquibus mutis vel pedagijs persolvendis ipsi Dom. Patriarche, vel suis officialibus, vel ejus Camere, vel Gastaldionibus. Item quod quilibet civis Sacili possit emere vinum, bladum animalia, et quelibet alia mercimonia in dicto districtu Gastaldie Cavolani, et Bibani, ita et taliter quod nec ipsi cives, nec aliqui districtuales dicte Gastaldie vendentes vel ementes nullas mutas in dicta Gastaldie solvere teneantur de rebus emptis vel venditis in ipsa Gastaldia.

Actum Sacili super domo filiorum ejus. Sac. Bibani.

Ego

ego Franciscus de Lacilo qu. Joannis jmperiali auctoritate notarius interfui rogatus et scripsi.

Verci — Tomo 12. Doc. 1491. pag. 153

1350. 7. Luglio — Atti relativi al trattato di fedeltà e sudditanza di Udine e Gemona con il Duca d'Austria sino alla venuta del Pat. 137.

Annal. T. I. C. 292 Civitatis Utini

MCCCL. Indictione tertia.

Fratres pacta que portaverunt Ambassiatores nostri, et illi de Glemona sunt presentibus interclusa verum est quod nichil firmaverunt cum Domino Duce neque stabiliverunt. sed Dominus Dux dixit quod talia pacta volebat, et nisi faceremus talia pacta quod faceremus quid velemus; et iam misit duo millia Elmos qui die sabati erunt super Lisoncio, quibus debemus respondere, et nisi velemus talia pacta veniunt ad dampna nostra, et ad Nos expugnandum. Et ideo Domini cum expediat subitum dare responsum, videatis dicta pacta, et quid vobis agendum videtur, et quid vultis quod respondeamus, statim rescribatis, quia die sabati expedit, quod demus responsum. Datum Utini die VII. Iulii.

Franciscus de Savorgnano Capitaneus Consilium et Commune Terre Utini.

Taliter est placitatum inter Dominum Ducem Austrie . et . . . . Cives et vicinos de Utino et Glemona.

Primo tractatum est, quod Commune utriusque Civitatis in Utino, et Glemona, et universi Cives fidem pro se ac omnibus et singulis sibi adherentibus et subiectis prestare debent dicto Domino Duci iuramentum de observanda sibi fedelitate obedientia, et subiectione sub certis penis usque ad futuri Patriarche adventum in Terram Patriarcatus, et post adventum Patriarche usque ad spatium unius anni continuo sub:

seq:

sequentis nisi infra idem tempus Dominus Dux et Comites Goritie cum predicto Patriarcha fuerint concordati juxta necessitatem honorem, et jura dicti Domini Ducis et Comitum predictorum.

Vult etiam Dominus Dux, ut idem Cives sibi assignent immediate Castra inferius nominata, videlicet Tulmini, Sbeil, et Schenevelt cum pertinentiis eorundem, et debet Dominus Dux eadem Castra manutenere, et suos Burgravios in eis constituere, donec Patriarcha secum, et cum prefatis Comitibus Goritie concordetur pro honore, necessitate et juribus Ducis et Comitum eorundem.

Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum cum eisdem Domino Duce et Comitibus Goritie concordatus ex tunc dicti Cives a prefato Domini Ducis prestito juramento de fidelitate, obedientia, et subjectione memoratis esse debent penitus liberi, et absoluti. Sed Castra supradicta in potestate Domini Ducis remanebunt quousque inter ipsum Dominum Ducem, ac Comites Goritie, et predictum Patriarcha plena fuit concordia celebrata.

Predictus etiam Dominus Dux tenetur duos de suis ministerialibus transmittere ad Clarum Julii ad recipiendum loco et nomine suo a prescriptis Civibus et Civitatibus juramenta et promissiones predictas de observatione fidelitatis, et obedientie ac subjectionis ut superius est expressum.

Exercitus quoque Domini Ducis debet interim aliquantulum tardare non transeundo per flumen quod dicitur Lisuncium usque ad proximum

diem

diem sabbati inclusive.

Promiserunt etiam Ambassiatores et Cives tales et ꝛc. quod pro totis viribus, et sine fraude diligenter velint operam adhibere, ut hec omnia effectualiter impleantur.

Prefatos quoque Cives et Civitates eorundem debet Dominus Dux ex suis juribus, et consuetudinibus conservare ut hactenus tenuerunt ita ut pignoris suis gaudeant, nisi que Domino Duci per ea serviant absque suo damno dando hominibus Domini Ducis ingressum ad eadem castra seu pignora, et egressus ab ejusdem.

Etiam tractatum est quod Dominus Dux debet omnem diligentiam adhibere bona fide ut captivi quos comites Goritie captivaverunt, à captione sua solvantur, quod si non poterit liberare debebit similiter adhibere operam diligentem, ut eisdem captivis inducie dentur quousque Patriarcha cum Domino Duce et Comitibus Goritie concordetur.

Quod si Dominus Dux apud predictos Comites libertatem captivorum hujusmodi vel inducias non poterit obtinere, per hoc nulla debet sibi culpa aliquatenus imputare. Actum in Laybacho Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo die quarto mensis julii. et ꝛc.

(sic N. D. C. Fabritius.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVII. pag. 282. esistenti presso il Nob. Sigr. Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cav.° di Porpetto 31. marzo 1818 — Frangipane

1350

pag. 170 Annal. 1. c. 297.

Ex Authographo inter MSS. Codices Bibliothecae Fontaniniana

M.° CCC.° L.° Indictione tertia

Contentantur Dominus de Vitovia, et Dominus de Lechtensteyn quod primum Capitulum nobis infrascriptis missum Communitatibus de Utino et Glemona stet per infrascriptum modum: videlicet: Primo quod tractatum est, quod Commune utriusque Civitatis in Utino et Glemona, et universi Cives ibidem pro se et pro omnibus, et singulis sibi adherentibus, et subjectis prestare debent dicto Domino Duci juramentum de observanda fidelitate, obedientia et subjectione sub certis penis usque ad Domini Patriarche adventus in Terra Patriarchatus, et post adventum Patriarche usque ad spatium unius anni continue subsequentis, nisi infra dictus tempus Dominus Dux et Comites Goritie cum dicto Domino Patriarcha concordati fuerint juxta necessitatem, honorem et jura dicti Domini Ducis, et Comitum predictorum

Contentantur Cives Utini et Glemone quod Castrum Utinetti assignetur Domini Duci vel ejus Turavaria salvis pignoribus Communis Utini in dicto Castro et ejus juribus; Castra autem Faccli, et Tulmini, quia non sunt in potestate ipsorum teneantur dicta Communia dare auxilio dicto Domino Duci ad dicta Castra recuperanda juxta posse eorum bona fide cum bonis et personis sicut servire que Castra remaneant et remanere debeant in manibus domini Ducis donec dominus Patriarcha debarent dicto Domino Patriarche futurus fuerit concors cum

dicto

dicto Domino Duce et Comitibus Goritie supradictis.

Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum cum dicto Domino Duce et Communibus supradictis concordatus ex tunc dicti Cives a prestito dicto Domino Duci juramento de fidelitate obedientia et subjectione memoratis esse debeant penitus liberi et absoluti. Sed Castra supradicta in potestate dicti Domini Ducis debeant remanere, quousque inter ipsum Dominum Ducem et Comites Goritie, et predictum Dominum Patriarcham plena fuerit concordia celebrata.

De quarto Capitulo contentantur ut jacet de ministerialibus mittendis per dictum Dominum Ducem ...

Quintum Capitulum, et sextum impleta sunt ...

Contentantur etiam predicti de infrascripto septimo Capitulo.

Prefatos quoque Cives et Civitates eorum et adherentes eisdem debet prefatus Dominus Dux in suis juribus, et consuetudinibus conservare prout hactenus tenuerunt et consueti sunt, ita quod pignoribus suis gaudeant ubicumque existant, nisi quod Domino Duci per ea serviant absque ipsorum dampno dando hominibus Domini Ducis ingressum ad eadem Castra, seu pignora, et egressum ab eisdem

Debet etiam Dominus Dux dictos Cives et eos adherentes manu tenere et defendere in juribus suis contra unamquamque Personam et non permittere eos aggravari, ita quod strate salube vadant, et omnia loca et Castra usurpata per alios Aquilegiensis Ecclesie bona fide recuperare

rare.

Contentantur etiam de octavo et ultimo Capitulis quod idem Dominus Dux pro honore suo, et utilitate Captivorum procuret relaxationem eorum secundum formam dictorum capitulorum, et secundum suplicationem factam per dictos Cives Dominis de Vitovia et de Retenstanya, et secundum eorum continentiam.

Significaverunt dictis Civibus infrascripte Terre et Castra quod facere volunt juramentum Domini Duci prout dicte Civitates Utini et Gemone facient.

Imprimis Sanctus Vitus
Item Sanctus Daniel.
Item Maranum.
Item Montemfalconum
Item Quar. Aziozia
Item Aterns
Item Quadruvium
Item Osopium
Item tota Carnea
Item Motium
Item Avilinum
Item Budrium
Item Manzanum
Item Aragis
Item Tricanum
Item Pers.

et alia plura loca

sic N. D. C. Fabricius.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVII. pag. 847 esistenti presso il Nob. Sig.re Agostino De Portis di Cividale del Friuli.

Cas.o di Porpetto 31. marzo 1818 Frangipane

Annal. T. I. c. 302.

Ex Authographo inter MSS. Codices Bibliothecae Fontaniniana.

M. CCC. L. Indictione tertia.

In Nomine Domini, Amen. Cum inter magnificos et potentes Dominos Dominos Herdegnum de Petovia marschalcum Styrie, Capitaneum Carniole et Marchie, et Rudulfettè de Lictenstayn Camerarium Styrie vice et nomine Illustri Domini Domini Alberti Dei gratia Ducis Austrie Styrie et Carinthie, sit habitus tractatus cum Nobili viro Francisco de Savorgnano Capitaneo Terra Utini, Consilio et Communi dicte Terre, et Vorlico Domini Yosep, et Meynardo Saini Ambaxiatoribus Terre Glemone per se et Communi dicte Terre Glemone, et omnes predicti de Utino et Glemona pro se et ipsarum Comunibus Civitatibus, et Castris, Terris Communitatibus et singularibus personis rata habentibus infrascripta pacta, et ipsi adherentibus, et sequacibus ad talem concordiam pervenerunt. Videlicet quod Commune utriusque Civitatis Utini et Glemone, et universi Cives eorundem pro omnibus et singulis sibi adherentibus, et subjectis prestare debent dicto Domino Duci suisque [illegible] dibus juramentum de prestanda fidelitate, obedientia, et subjectione sub certis penis usque ad futurum Patriarche adventum in Terra Patriarchatus et post adventum Patriarche usque ad spacium unius anni continui subsequentis nisi infra dictum tempus Dominus Dux et Comites Goritie cum dicto Domino Patriarcha concordati fuerint iuxta necessitatem honorem et jura dicti

Domi

Domini Ducis et Comitum predictorum: Item quod Castrum Tuln=
tri, quod in Teotonico vulgari Schoonveld vocatur, consignetur Domi=
no Duci vel ejus Guberatio salvis pignoribus Communis Utini in dicto
Castro et ejus juribus. Castra autem Sacili et Tusmini quia non sunt
in potestate ipsorum teneantur Communia dare auxilium dicto Domi=
no Duci ad dicta Castra recuperanda juxta posse eorum bona fide
cum bonis et personis, sicut servire deberent Domino Patriarche
que Castra remanere debeant in manibus Domini Ducis, donec Domi=
nus Patriarcha futurus fuerit Concors cum ipso Domino Duce et Comi=
tibus Goritie supradictis. Quod si Patriarcha predictus non fue=
rit infra annum predictum cum dicto Domino Duce et Comitibus
supradictis concordatus ex tunc dicti Cives a prestito dicto Domini
Duci juramento de fidelitate, obedientia et subjectione memoratis
esse debeant penitus liberi et absoluti. Sed Castra supradicta in po=
testate dicti Domini Ducis debeant remanere quousque inter Dominum
Ducem, et Comites Goritie et predictum Dominum Patriarcham plena
fuerit concordia celebrata. Prelatos quoque, Cives et Civitates eorum
et adherentes ejusdem debet prefatus Dominus Dux in suis juribus
et consuetudinibus conservare, prout hactenus tenuerunt et consueti
sunt, ita quod pignoribus suis gaudeant ubicumque extant, nisi
quod Domino Duci per ea serviant absque eorum dampno dando ho=
minibus Ducis ingressum ad eadem Castra, seu pignora, et egressum
ab eisdem. Debeat etiam Dominus Dux dictos Cives, et eis adhe=
rentes manutenere et defensare in juribus suis contra unamquamque
personam, et non permittere eos gravari, ita quod strate secure

vadant

vadant, et etiam loca et castra usurpata per alios Aquilegiensi ecclesie recuperare prout justum, et conveniens est. Item quod idem Dominus Dux pro honore suo et utilitate captivorum procuret relaxationem eorum secundum formam infrascripti capituli, et rogaminum Correctorum dicti Dominis de Velovia et de Leististain. Videlicet quod Dominus Dux debet omnem diligentiam adhibere bona fide ut captivi, quos Comites Goritie captivarunt a captivitate solvantur. Et si non poterit ipsos liberare debet adhibere operam diligentem ut eisdem captivis dentur inducie quousque Patriarcha cum Domino Duce et Comitibus Goritie acordetur. Quod si Dominus Dux apud predictos Comites liberationem captivorum hujusmodi, vel inducias non poterit obtinere per hoc nulla debet sibi culpa aliquatenus imputari.

P.B. / alia cassata videntur et respondent sequenti

Ideirco discreti viri Matheus de Cremariis, et Pinnacii Dominici Cives Utini Sindici et Procuratores constituti in pleno Arengo communis, et hominum dicte Terre Utini per Capitaneum et universos homines Arengi dicte Terre ad sonum campane congregatos in majori Ecclesia Sancte Marie de Utino, ut moris est, et de hujusmodi sindicatu constat publico instrumento scripto manu Dominici Zerbini Notarii dicti Communis, dicti Procuratores et Sindici nominibus quibus supra omnia et singula acta promissa et tractata ut superius continetur approbaverunt, et ratificaverunt in omnibus et per omnia et ea juraverunt tactis scripturis corporaliter ad sancta dei Evangelia bona fide inviolabiliter observare in nari-

bus

bus predictorum Dominorum de Petovia, et Leytinstayn recipientium nomine et vice predicti domini Ducis Austrie et heredum suorum ut superius est expressum. In quorum omnium testimonium presentes patentes litteras predicti domini Capitaneus et Cives damno fieri fecerunt, et sigillo pendenti Communis Utini appensione muniri.

Datum et actum Utini Aquilegiensi Diocesis in refitorio Fratrum predicatorum ordinis Sancti Dominici. Presentibus Nobilibus militibus dominis Eberardo de Altimburch, Eberardo de Olvek Leopoldo de Atthemberch, Hermano de Carnea, Jacobo de Canto Legum Doctore, et Johanne de Bonomia, et aliis pluribus testibus. Sub millesimo CCC. quinquagesimo, indictione tertia die tercio decimo mensis Julii.

(sic R. D. C. Fabricius

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVII. pag: 397, esistenti presso il Nob. Sig.re Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.o di Porpetto 31. marzo 1818.

Frangipane

1351. 3. febr. Pietro de Luca Vic.o di Nicolò Pat: dichiara che nel parlamento avrebbe trattato della pace. 39.

Hoc pagela volante manu ejusdem notari Gubertini antedicti, et in eodem vel protocollo

/// CCCLI. Indictione IIII. die III. Februarii. presentibus venerabilibus viris Dominis Gullielmo Decano Gemonensi, Gullielmo Lovere canonicis Aquilegiensibus, Guidone Johannis de Regio Canonico Utinensi. Johanne de Monticulis testibus et aliis, Dominus Petrus de Luca Vicarius Domini Nicolai Patriarche Aquilegiensis in presentia Domini Henrici de Prampergo. Galvani de Manzano. Symonis de Cucanea. Coni de Portistagno. Conradele de ... Daniele. Franceschutti de Savorgnano. Henrico de Cucanea. Nicolussi Partiti. Gabrielis Notarii de Utino et aliorum adherentium Dicti Domini et assistentium in colloquio ad diem hodiernum congregato quod habere debebat cum Domino de Monteveris dixit et protestatus fuit quod in hujusmodi colloquio tractare intendebat de bono et pacifico statu Patrie, et uti consilio eorundem

Actum in Villa Sancte Marie Longe juxta Ecclesiam dicte ville.

Da manoscritti del fu Monsig. Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXV. pag. 204 esistenti presso il Nob. Sig. Agostino de Portis di Cividale col Ms. uti.

Castello di Porpetto. 24. Ottobre 1818

Frangipane

1351 [illegible]
1214. 22. feb.[16]



Ex Folio servato inter alias
Nos. familie de Bojanis Civitatensi

Cui si fides sit prestanda qui legit judicet.

Ab ex exemplo exemplum.

Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemie Rex ad presentium notitiam et memoriam futurorum. Immense bonitatis providentia que Christum suum David accessitum de post fetantes in Regni solio sublimavit. Nos ad Regni Romanorum gubernacula miras dispositione perduxit, ut in Regni et Republica Gubernatione felices sacrum sacerdotium sub nostri protectione . . . . . pacis pulcritudine glorietur. Ad quod cura pervigili intendimus, et factorem nostrum, non ambiginus habere propitium in futuro seculo, et Regnum Nostrum in presenti ducimus stabiliri presidiis si ipsius ecclesias protegimus bonis ditamus temporibus ampliamus honoribus ac immunitatibus gratiis, et privilegiis communimus et potissime illas quas constat in receptione fidei primitivas, et in devotionis, ac fidelitatis constantia sacri a quo sublimate sunt imperii prompte et inviolabiliter persitisse. Hinc est quod nostre serenitatis ad ejus presentiam astantibus nobis pluribus nostris et ejusdem imperii principibus Ecclesiasticis et mundanis venerabilis Nicolaus Patriarcha Aquilegiensis

noster

noster et predicti Imperii Princeps, et Frater Carissimus Nobis humili assertione monstravit quod cum Auguste memorie Federicus Secundus Romanorum Curie Rex et Sicilie Rex auctoritate Regia romana Aquilegensi ecclesie Rex Regali munificentia bona, iura, Iurisdictiones, honores et immunitates concesserit et concessa ab ais inclite recordationis nostris Regibus et Imperatoribus romanis approbaverint, nonnullas Demum Dominus Federicus Imperialis culminis dignitatem adeptus sententias latas in eius Imperiali curia etiam confirmamus, et concessiones, approbationes et confirmationes huiusmodi suis Regali, et Imperiali privilegiis. Que quidem privilegia ex ipsius Patriarche Predecessorum forsan negligentia et in curia adeo collisa sint in litteris offuscata, que legi vix intelligere vali- possunt . . . . . . . fidele testimonium occulorum: Nostram clementiam humiliter exoravit - - - duntaxat retributionis intuitu eadem privilegia renovationes, et quecumque - - - nationes, concessiones, confirmationes, sanctiones, et edicta que in eisdem Federicus privilegiis regalibus et Imperialibus continetur, vaque approbantes Edicto ea omnia de regali mansuetudine nostra de novo concedere dignaremur. Nos autem advertentes divina favente gratia nos ad protectiones universi, et potissime Ecclesiarum Dei et ipsarum, et ceterorum quos Nobis, et Sacro Imperio devotos, ac fideles esse cognoscimus, fovere ad fasces regi

cetera

culminis sublimatos ejusdem Patriarche Principis et Fratris nostri carissimi tuae dilectionis naturali instinctu cum ex quodam speciali affectus et favoris regii prerogativae quibus ad ipsam Ecclesiam Aquileiensem afficiamur, eo quia velut ejusdem Imperii membrum nobile et conservandum universis preeminet. Ecclesiis dicto Romano subjectis Imperio, devotis supplicationibus inclinati omnia et singula contenta in privilegiis antedictis, que huic nostre de verbo ad verbum divinalis paginae inseruntur approbantes et conservantes de novo etiam concedimus et de potestate Regie plenitudinis elargimur. Mandantes, et regio statuentes edicto, quod sepedicta Ecclesia hac nostre Excellentie privilegio munita, et defensa existat: ut si casu aliquo dicta privilegia amitterentur, nihil jacture nihil diminutionis sustineat: sed presentis nostre divinalis pagine, quam conscribi jussimus, et nostre majestatis impartio ~~majestatis~~ communiri eorundem privilegiorum plenam habeant et perpetuam firmitatem. Et nihilominus inhibentes omnibus et singulis nostris et predicti Imperii fidelibus, et subditis cujuscumque status et preheminentie sive conditionis existant, ne memoratum Patriarcham vel successores ejus aut Divam Ecclesiam super predictis vel ipsorum aliquo impedire aut perturbare presumat, aut predictam nostram confirmationis et approbationis et concessionis paginam infringere seu modo aliquo contrariare. Qui vero contrarium presumpserit, preter indignationem nostram quam procul dubio se incurrisse agnoscat mille

libras

libras auri purissimi componat. Quarum medietatem nostro regali
Erario, residuum vero ejusdem Patriarche et ejus Successorum usi
bus institutione nostra: et omnibus ac singulis in suas firmitate ma.
nentibus Decernimus applicari. tenores eorundem privilegiorum
tiis sunt. Federicus divina favente clementia Romanorum Rex
semper Augustus et Rex Sicilie. ad salutis nostre profectum, et Ro
mani imperii exaltationem pertinere non dubitamus si jure Ecclesia
rum et Prelatorum et maxime eorum quorum devotionem et obse
quia multa, que Aquilegiensis Ecclesia, et specialiter Princeps
noster Wolcherus ejusdem Ecclesie Patriarcha nobis, et Imperio lau
dabiliter exhibuit, et imposterum Deo adjuvante exhibebit Ducatum
et Comitatum Fori julii et villam de Lucinicho cum omnibus ad Du
catum et Comitatum pertinentibus, plantis . . . . Foro sanguine
lento denario, districtionibus universis, et omni utilitate, que deinde
juste provenire poterit. Preterea regalias omnium Episcoporum
Histrie, scilicet. Tergestine, Justinopolitane, Parentine, Emonensis
et Polensis; Regalia quoque Concordiensis, et Belunensis Episco
patum; Regalia etiam trium Abbatiarum, videlicet de Sexto, de Rosaccio
et Sancte Marie in Organo cum Curtibus Chastellis, portubus, Villis
mansis, venationibus piscationibus, Theloneis, Placitis, nemoribus, pa
ludibus pascuis et omnibus aliis, et terram inter Tilaventum
vim et Liquentiam jacentem. Villam Sancti Pauli et Sancti Georgii
et omnia que antecessor noster Dive memorie Conradus Imperator
Aquilegiensi Ecclesie ibidem contulit cum appendentiis et utilitatibus

agri

agris, pratis campis pascuis terris cultis et incultis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, venationibus piscationibus exitibus et redditibus, nemoribus et aliis juribus; Castrum quoque de Luenz cum omnibus suis pertinentiis, ministerialibus, famulis, terris cultis et incultis, plantis nemoribus, et omni jure in integrum secundum quod Wol: derichus q.m Patriarcha - - - - Patre suo comite Voldrado, et matre sua Aquilegensis Ecclesie contradidit: et Castrum de Aterps cum omnibus suis pertinentiis ministerialibus, famulis, mansis, villis, nemoribus, et omni jure, et predium de agenta in integrum cum ministerialibus et famulis, secundum quod Nobilis vir Ulricus q.m Marchio Jussie Aquilegensi contulit Ecclesie. Insuper Marchiam Forniolam, et Ystriam cum Comitatu et honore et universis pertinentiis, omnique jure imperiali secundum quod ab antecessore nostro Ottone Imperatore tunc ante Rege Aqui: legensis Ecclesie, de Consilio et voluntate Principum ratione antiquorum privilegiorum suorum libere et absolute Woltero Patri: arche supradicto, et per eum Aquilegensi Ecclesie in presentiarum possidendum donavit atque concessit, atque suo Privilegio confirmavit. Ad hec, et omnes possessiones, omnia bona, omnia jura, Districta, Thelonea, Ripatica, que prefata Ecclesia in presentiarum possidet, vel in futurum largitione nostra, vel successorum nostrorum Regum, seu Imperatorum, concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu justis titulis, Deo propitio adipisci poterit eidem Wolchero et Ecclesie Aquile:

verti

giensi, ac suis Successoribus in generali Curia nostra apud Augustam de Consilio et voluntate Principum perpetuo habenda, et possidenda confirmamus, et presenti privilegio communimus statuentes ut nulli omnino homini liceat prefatam Ecclesiam perturbare, vel ejus possessionis auferre, sed omnia conserventur integra, et illas voluntati et dispositioni prefati Patriarche et successorum suorum modis omnibus profutura. Volumus etiam ut supradicta Ecclesia Aquilegensis ex sacra majestatis privilegio sedes munita, et defensa existat, ut si forte casu aliquo omnia instrumenta, et privilegia, quod Deus avertat, perderet nichil jacture, vel diminutiones subjaceat, sed hanc paginam loco privilegiorum et instrumentorum habeat. Si qua igitur in futurum persona contra hanc nostre institutionis paginam venire presumpserit et monita non ........ nostre majestatis indignationem se noverit incursurum. Et insuper mille libras auri purissimi .... nere teneatur: de quibus medietatem Camere nostre, et medietatem Patriarche Aquilegiensi qui pro tempore fuerit persolvat. Et nihilominus nostra institutio, et confirmatio firma permaneat, et inconvulsa. Acta sunt autem ista Anno ab incarnatione Domini Millesimo ducentesimo quarto decimo: indictione secunda mense Februario septimo exeunte apud Augustam in Curia Generali; in presentia Conradi Ratisponensis. Manegoldi Patoviensis. Ottonis Frisigensis, Conradi Brixinensis, Federico Tridentini: ---extensi: Siudri Augustensis Episcoporum:

Con:

Conradi Frigesini electi Lodovici Ducis Bavarie. Alberti Comitis Tirol. Federici Burgravonensis de Nuremberch: Lodovici Comitis de Ottestaijn de Rerberch: et fratris sui Lodovici Comitis Burgardi de Manosterch: Federici de Comaco: Rodulfi de Ariano: Johannis de Cucola. Walterpertoldi de Spinimbergo: Volfiachi de Pertistagno: Henrici de Fontebono Conradi de Furcalis. Stephani Decani Aquilegensis. Vingardi Prepositi Sancti Odorici Petalini Canonici Aquilegensis, et boni judices et notarii et aliorum multorum

Signum Domini Federici secundi Romanorum Regem majestissimi et gloriosi regni Sicilie

Ego Conradus Notenensis et Spirensis Episcopus Imperialis Aule Cancellarius Vicedomini Sindri . . . . . . . . . .

. . . . Archiepiscopi et totius Germanie Archicancellarius recognovi —

Hi Lectori placet hoc exemplum anceps mihi judicium.

Da manoscritti del qm. Monsig. Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tom XIV pag. 464. esistenti presso il Nob. sig. Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Castello di Torpetto 6 9bre 1814

# Privilegium Imperiale

Inverio hunc Carolum fuisse quartum joannis Regis Boemie filium, et imperasse Annis XXXI electumque fuisse jubente Clemente Pontifice in 1357 multarum linguarum, et litterarum peritissimum, justum ac Deum timentem, Bonos Amantem, malos vero odio prosequentem.

Carolus Dei Gratia Romanorum semper Augustus, et Boemie Rex, ad presentium notitiam, et memoriam, futurorum, immense Bonitatis providentia, que Christum suum David ~~accepti post~~ ~~selantes~~ in regni solio sublimavit, Nos ac Regni Romanorum gubernacula mira dispositione produxit, ut in Regni, et republice Gubernatione felici sacrum sacerdotium sub nostre protectionis mundiburio, pacis pulchritudine glorietur. Id quod cura pervigili intendimus. ~~et~~ factorem nostrum non Ambigimus habere propitium in futuro seculo, et Regnum nostrum in presenti divinis stabiliri presidijs si ipsius ecclesias protegimus, bonis dictamus, temporalibus Ampliamus honoribus, ac immunitatibus, gratiis, et privilegijs Communimus, et potissime illas, quas constat in receptione fidei primitivas, et in devotionis, ac fidelitatis constantia sacri a quo sublimate sunt, imperij prompte et inviolabiliter perstitisse, hinc est, quod nostre serenitatis adiens presentiam astantibus nobis pluribus nostris, et eiusdem imperij principibus ecclesiasticis, et Mundanis venerabilis Nicolaus pathriarca Aquilegiensis noster, et predicti Imperij Princeps, et frater carissimus, nobis humili assertione monstravit, quod cum Auguste Memorie federicus secundus Romanorum curie Rex, et Sicilia Rex auctoritate Regia Aquilegiensis ecclesie ex Regali Munificentia bona, jura, jurisdictiones, honores, et immunitates concesserit, et concessa ab eius inclyte recordationis, nostris Regibus, et imperatoribus Romanis approbaverit, Nonnullas demum idem federicus Imperialis culminis dignitatem adeptus sententias latas in eius imperiali curia etiam

Confir-

Confirmando et concessiones, approbationes, et confirmationes huiusmodi suis regalibus, et imperialibus privilegijs roboravit, que quidem privilegia ex ipsius pathriarche predecessorum forsam negligentia, et in cura adeo collisa sunt, et litteris offuscata, quod legi vix intellectualiter possunt prout nostre celsitudini obiecit, fidele testamentum occulate nostram clementiam humiliter exoravit, ut dum retributionis intuitu eadem privilegia, renovationes, quascumque donationes, concessiones, confirmationes, sanctiones et edicta, que in eis federici privilegijs regalibus et imperialibus continetur regio approbante edicto ea omnia de regali mansione nostra de novo concedere dignaremur, Nos autem advertentes divina fauente gratia, nos ad protectionem universi et potissime ecclesiarum Dei, et ipsarum Rectorum, quos nobis et sacro imperio devotos, ac fideles esse cognoscimus fac ad fasces Regij culminis sublimatos eiusdem pathriarche principis, et fratris nostri carissimi quam dilectionis naturalis instinctu, tum ex quodam speciali affectione, et favoris Regij prerogativa, quibus ad ipsam aquilegiensem ecclesiam afficimur, eo quod velut eiusdem imperij membrum nobile et universis preeminet ecclesiis dicto Romano subiectis imperio, devotis supplicationibus inclinati omnia et singula contenta in privilegijs antedictis, que huic nostre de verbo ad verbum dictimali pagine inseruntur approbantes, et conservantes de novo etiam concedimus, et de potestatis Regie plenitudine elargimur, mandantes, et regio statuentes edicto, quod sepedicta ecclesia hac nostre excellentie privilegio munita, et defensa existat, et si casu aliquo dicta privilegia amitterentur, nihil iacture, nihil diminutionis substineat sed presens nostra dictimalis pagina, quam conscribi iussimus, et nostre Majestatis tipario communiri eorumdem privilegiorum plenam habeant, et perpetuam firmitatem et nihilominus inhibentes omnibus, et singulis nostris, et predicti imperij fidelibus, et subiectis cuiuscumque status et preheminentie, siue

condictio

Condictionis existant, ne memoratum pathriarcam, vel successores eius, aut dictam ecclesiam super predictis, vel ipsorum aliquo impedire, aut perturbare presumant, aut predictam nostram Confirmationis, approbationis, et concessionis paginam infringere, seu modo aliquo contraire, qui vero contrarium attentare presumpserit preter indignationem nostram, quam proculdubio se incurisse cognoscat mille libras auri purissimi componat quarum medietatem nostro regali erario, residuum vero eiusdem pathriarche, et eius successorum usibus, institutione nostra, et omnibus, et singulis in sua firmitate manentibus decernimus applicari: Tenores eorundem privilegiorum hij sunt, Fredericus divina fauente Clementia Romanorum Rex, semper augustus, et Rex sicilie ad salutem nostre perfectionis, et Romanj imperij exaltationem pertinere non dubitamus, si jura ecclesiarum, et prelatorum, et maxime eorum, quorum deuotionem, et fidem servitio nostro promptam paratam invenimus, regie Maiestatis Clementia conseruamus illesa, inde est, quod Nos attendentes fidem, et deuotionem: et obsequia multa, que aquilegiensis ecclesia, et specialiter princeps noster Volcherus eiusdem ecclesie pathriarca nobis, et imperio laudabiliter exhibuit, et imposterum deo adiuuante exhibebit ducatum, et comitatum forijulij et villam

cum omnibus ad Ducatum, et comitatum pertinentibus placitis, collectis, foro, sanguinolento denario, districtionibus universis, et omni utilitate, que inde juste peruenire poterit, preterea regalia omnium episcopatuum istrie scilicet Tergestine, justipolitane, parentine, emonensis, et polensis, regalia quoque Concordiensis et Bellunensis episcopatum, Regalia etiam trium Abbatiarum videlicet ~~atque~~ de sexto, de rivo, et Sancte Marie in organo cum curtibus, castelis, portubus, villis, mansis, venationibus, piscationibus, Tholoneis, placitis, nemoribus, molendinis, capulis, pascuis, et omnibus aliis, et Terram

inter

inter plavim, et liquentiam jacentem villam Sancti pauli, et Sancti Geor:
gij, et omnia, que Antecessor noster dive memorie conradus imperator
Aquilegiensis ecclesie ibidem contulit cum appenditijs, et utilitatibus,
agris, pratis, campis, pascuis, ~~pascuis~~, terris, cultis, et incultis, molen:
dinis, aquis, aquarumque decursibus, venationibus, piscationibus, exitibus
et redditibus, nemoribus, et aliis juribus, Castrum quoque de Jreguen
cum omnibus suis pertinentiis, ministerialibus, famulis, servis cultis, et
incultis plantis nemoribus, et omni jure in integrum secundum
quod uuolrovicus quondam pathriarca una cum patre suo comite uol:
drado, et matre sua aquilegiensi ecclesie contradedit, et castrum de
attemps cum omnibus suis pertinentiis ministerialibus, et famulis, se:
cundum quod Nobilis vir ulricus quondam Marchio Juscie, aqui:
lejensi contradedit ecclesie, insuper marchionatus carniole, et istrie
cum comitatu, et honore, et universis pertinentijs, omnique jure
imperiali, secundum quod ab Antecessore nostro ottone imperatore
tunc autem rege aquilegiensi ecclesie de consilio, et voluntate prin:
cipum ratione antiquorum privilegiorum suorum, libere, et absolute
uuolcherio pathriarche supradicto, et per eum aquilegiensi ecclesie
imperpetuum possidendum donavit, atque concessit, atque suo pri:
vilegio confirmavit, Ad hoc etiam omnes possessiones, omnia bona,
omnia jura, et districta Tholonea ripatica, que prefata eccle:
sia in presentiarum possidet, vel in futurum largitione nostra,
vel successorum nostrorum regum, seu imperatorum, concessio:
ne pontificum liberalitate principum, oblatione fidelium, seu
justis titulis deo propitio adipisci poterit, eidem uuolcherio, et
ecclesie aquilegiensi, ac suis successoribus in generali curia no:
stra apud augustam, de consilio, et voluntate principum per:
perpetuo habenda, et possidenda confirmamus, et presenti privi

legio

legio Communimus statuentes ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam perturbare, uel eius possessiones auferre, sed omnia conseruent integra, et illesa uoluntati, et dispositioni prefati pathriarche et successorum suorum modis omnibus profutura, uolumus etiam ut supradicta ecclesia aquilegiensis hoc sacre Maiestatis priuilegio adeo munita, et defensa existat, ut si forte casu aliquo omnia instrumenta, et priuilegia sua (quod deus auertat) nec nihil iacture uel diminutionis substineat sed hanc paginam loco priuilegij, et instrumenti habeatur, siqua igitur in futurum persona contra hanc nostre institutionis paginam uenire presumpserit, et monita resipire: rit, nostre Maiestatis indignationem se nouerit incursurum, et insuper mille libros auri purissimi componere teneatur, de quibus medietatem camere nostre, et medietatem pathriarche aquilegiensi, qui pro tempore fuerit, persoluat, et nihilominus nostra institutio et confirmatio firma maneat, et inconcussa: Acta sunt autem ista Anno ab incarnatione Domini Millesimo ducentesimo quartodecimo (a), indictione secunda mensis februarij septimo exeunte, apud Augustam in curia Generali in presentia Conradi ratisponensis, Managoldi patauiensis, Ottonis ~~frisiensis~~ frisigensis, Conradi brisinensis, Federici Tridentini, Hertunicij exterensis, Siuridi augustensis episcoporum, Conradi tergestensis electi, ludouici ducis bauarie, Alberti Comitis de tirolo, federici bulgrauij de nurimberch, lodouici comitis Ottonstain et remberch, et fratris sui lodouici Comitis, Bugardi de Monosberch, federici de Comato, Rodulphi de Curiano, joannis de Cuccalo, uualterpertoldi da Spilimbergo, Voltalchi de pertistagno, Henrici de fontebono, Conradi de portis, Stephani decani aquilesiensis, Urigardi prepositi Sancti Fdorici, Vetalmi canonici aquilegiensis omnes boni judices, et notarij, et aliorum multorum

(a) ~~[illegible]~~

Ego Conradus Motenensis, et Spirensis Episcopus imperialis Aule Concellarius, vice domini Siuidoi Magontinensis Archiepiscopi, et totius Germanie Archidiaconus.

Da Libro antico, manoscritto, esistente in Udine nell'archivio della Patria, intitolato: Annali Ven pag. 240.

Confrontato, e corretto da me

Cas.° di Porpetto 27. Luglio 1816

Frangipane

1351. 27. feb.° La comune di Sacile ~~accetto~~ la tregua con Franciscuto di Savorgnano 141.

In Christi Nomine Amen. Anno ab ejus Nativitate Millesimo tricentesimo quinquagesimo primo Ind.e 4ta. Die vigesima septima Februarii. Utini sub Lozia Comunis. Presentibus discretis Viris Guidone de Tricossiis de Aquileja, Manfredo de Soldaneriis quondam D. Biliotti de Florentia et Joanne dicto Nanni Aurifice de Bononia ambobus Utini habitantibus testibus, et aliis pluribus; ibique sapiens vir Dnus Joannes de Monticuly de Verona Utini habitans juris utrisque peritus ex parte Communis, Consilii, et Almerici Potestatis infrascripti exibuit, presentavit et dimisit Nobili viro Dño Franciscutto de Savorgnano quamdam litteram tenoris infrascripti, non viciatam, nec in aliqua sui parte suspectam Sigillo cere viridi dicti communis sigillata a tergo, in medio cujus sculta erat Effigies cujusdam Casteli cum quatuor turribus, et circum circa legebatur, et sic S. Communis Sacili; cujus quidem littere tenor talis pateat universis presentes litteras inspecturis. Et Nos Almericus Beni. potest . . . . Consilium, et Commune terre Sacili Nobili viro Dño Franciscutto de Savorgnano nato Nobilis militis Dni Federici et Fratribus, et suis servitoribus sequacibus, et amicis facimus per nos, nostrosque Districtuales, servitores, et cohaderentes firmas, et legales Treguas usque ad Pasque Resurrectionis Christi venturam per totam diem. Quam Tregua facimus occasione alicujus dissensionis, et inimicitie. Que est inter dictos Dños de Savorgnano, et domum suam, et . . . . Commune et homines Sacili, et alias singulares personas dicte terre Sacili, quam Treguam nostro nomine, et dictorum nostrorum districtualium, servitorum, sequatium, et cohaderentium juramus per fidem nostram usque ad dictum terminum inviolabiliter observare, qua[illegible] Treque incohantur statim istam litteram eidem Dño Franciscutto

facto

facta presentatione · In quorum testium presentes fieri fecimus et nostre communis sigillo impressionem muniri · Datum Sacili die XXIII februario Anno Nativitatis Dni MCCLI Ind.e 4ta · &c.

Ego Josephus Elitheus q. D. Joannes Leonardi a Cimatoribus de Spilimbergo publicus imperiali auctoritate Notarius Collegiatus Utini emissum actum eductum aliena manu ex notis, et protocollo q. Ser Seraphini Taurini Notarii utinalis mihi et egregio Ser Joanni Marie Uccello Notario Utinensi, commissis, nil addito, et &c. publico manu propria, et me subscribo requisitus appositus in fidem et &c.

Da libro d'antico carattere coperto di carta pecora ed intitolato: Francesco primo, Costantino primo, Savorgnani — presso il Sig. Co: Luigi Ottelio d'Udine pagina pa. 13 t°.

Cast.° di Porpetto 9 bre 1816.

Frangipane

1331. 13. marzo Nicolò Pat: conferma a Sacile Cavolano, e Bibano concesso dal predecessore e vi aggiunge Vigonovo ed Orzago. 142.

Nicholaus Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha. Ad perpetuam rei memoriam. Si nos Dei propicio ad regimen sancte Ecclesie Aquilegensis assumpti, illos qui terroribus, periculis, dampnis, et jacturis, etiam usque ad mortem quibuscumque postpositis, fidelitatis constantiam, nobis dicte ecclesie servaverunt, specialis dilectionis favore prosequimur, et gratiis ampliamus, Deo gratum esse credimus ad hocque teneri ex debito, et non solum ipsos, verum etiam alios ad fidelitatis constantiam animari. Cum itaque bone memorie Bertrandus Patriarcha predecessor noster, attendens ingentem devotionem et constantiam dilectorum nostrorum fidelium Communitatis et populi de Sacilo, in qua semper perstiterunt, et sicuti experientia rerum efficax magistra demonstrat laudabiliter perseverant, Gastaldiam Cavolani, et Bibani, cum Sorto et jurisdictionibus universis ad ipsam spectantibus, Capitaneatui, et jurisdictioni terre nostre Sacili pro ipsius terre augmento univerit et incorporaverit, volens et statuens, quod dicta Gastaldia, et persone constitute in ea per Capitaneum nostrum Sacili, qui pro tempore fuerit, de cetero regerentur, et quod ipse persone ad jus reddendum et recipiendum, ac etiam respondendum quilibet in jure venire debeant Sacilum coram nostro Capitaneo antedicto, ac eidem intendere fideliter et obedire

quodque Capitaneus premissus de omnibus caussis et querelis personarum bonorum, et rerum predicte Gastaldie Cavolani et Bibani, secundum statuta et consuetudines antiquas et approbatas dicte terre nostre Sacili, eoque modo et forma, in caussis hominum et districtualium de Sacilo cognoscere debeat, et fine debito terminare itaque quod in omnibus et per omnia fiat per dictum Capitaneum nostrum de personis dicte Gastaldie, eorumque caussis tamquam de vicinis antiquis et districtualibus dicte terre. Redditibus tamen dicte Gastaldie Cavolani et Bibani nostre Patriarchali Camere reservatis, sicut de predictis omnibus nobis per ejusdem Predecessoris nostri litteras facta extitit plena fides. Nos in augmentum dicte terre nostre Sacili, honorem et statum nostrum ac jurisdictionem nostram et predicte ecclesie augere summe dilectantes, unionem, annexionem, et incorporationem hujusmodi, et omnia supradicta approbamus, et approbata confirmamus, quas et que nostro et successorum nostrorum, et dicte Aquilegensis Ecclesie nomine firma, rata et inconvulsa esse volumus cunctis temporibus affuturis. Et ut predicti fideles nostri de Sacilo nobis nomine dictorum Communitatis et populi dicte Terre supplicantis modo et forma

premissus

premissis, Villas de Vigonovo et Orsaleis nostre jurisdictionis, cum
foris seu mercatis Sancti Laurentii, sancte Crucis de mense septembris
et Sancti Martini, dicto Capitaneatui nostro annectimus perpetuo
et unimus. et ad majorem omnium premissorum perpetuamque firmi
tatem presentem paginam conscribi facimus et nostri pendentis
sigilli munimine roborari
Data Pragae die XVIII. mensis Marcii anno dominice nativitatis
Millesimo trecentesimo quinquagesimo indictione IV.
Nos Guillelmus Decanus, Franciscolus de la Turre, Ottolinus de
Bergamo, Gambinus de Roddan, Ambrosius, Coradus, et Bertramolus
della Turre Matheus de Padua, Guillelmus de Aquilegia, Joannes de
Cavate, Matheus de Parma, et Jacobus de Parma Canonici Ecclesie
Aquilegensis facientes Capitulum et tamquam Capitulum ipsius
Ecclesie ad infrascripta specialiter facienda more solito congregati,
visis et intelectis suprascriptis litteris approbationis et confirma
tionis Gastaldie Cavolani et Bibani; ac etiam annexionis et uni
onis Villarum de Vigonovo et Orsaleis factarum Gastaldie terre
Sacili supradicte per prefatum dominum Patriarcham premisso
Benvenuto filio qu. Bone de Sacilo nomine dictarum Communitatis

et populi sicut legitime facte sunt et quantum in nobis est

nostrum prebemus consensum pariter et assensum. In quorum

testimonium presentes fecimus dicti nostri Capituli sigilli

appositione muniri.

Datum in eodem nostro Capitulo in dicta Aquilegensi eccle-

sia die vigesimo secundo mensis Maji Anno nativitatis domini

millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, inditione quarta.

Verci = Tomo 12. = Doc. 1503. = pag. 164.

1351. 18 maggio Nicolò Pat: chiede l'assenso al Cap. per la cessione della chiesa al D. Alberto d'Austria giusta trattato.

à un protocollo in ... cel notaro Zambertino Novate si conserva nell'Archivio vecchio del Collegio de' spettabili Sig.ri Notari

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem M. CCCLI. indictione IV die XVIII. mensis Mai presentibus in Reverendo in Christo Patre Domino Fratre Johanne Dei gratia Episcopo Emonensi. ac R. ... Dominis fratre Alberio, Abbate Monasterij Sancti Prospari de Regio, Guidone Johanne de Regio Canonico ...nensi vicarijs in spiritualibus Domini Patriarche infrascripti, Johanne de Carak Plebano Glemone, Presbitero Nicolao de Glemona Plebano Forgarie ac nobilibus ... Dominis Petro de Luca Vicario in temporalibus dicti Domini Patriarche Conrado Bojano milite de C. A. Hendrico de Strasoldo Guillelmo de Ricossijs Potestate Aquilegie Nicolussio de Percoto Potestate ...narani testibus et alijs. Convocatis et congregatis in hospitio habitationis infrascripti Bartholomei consilio Terre Glemone videlicet Artico Mirissono, Bartholomeo quondam ser Ermanni Zambonini, Nichilo Sibellitti Jacobo quondam Pellegrini de Glemona et alijs dictis Consilij et Terre Glemone civium multitudine copiosa. Coram testibus supradictis et coram egregio milite Domino Hainrico Raspone Ambaxatore et nuncio ad infrascripta ut asserebat, specialiter constituto, et transmisso per illustrem Principem Dominum Albertum D. G. Ducem Austrie Stirie, Karinthie, dictus Dominus Hainricus Raspo dictos consilium commune et homines dicte Terre Glemone ex parte prefati Domini Ducis salutavit ac ipsis regratiatus est de eo quod bene et fideli-

rev

per fidem et promissionem ipsi domino Duci per ipsos datam et factam, ac constanter et tanquam boni homines servaverunt, et eis significans qualiter bona et plena et amicabilis concordia facta est et firmata inter predictos dominum Patriarcham ac dominum Ducem et Comitem Goritie auctoritate et comissione sibi concessa, et facta per dictum dominum ducem prefatos consilium commune et homines, ac universitatem Terre Glemone ab omni juramento et promissione, ac obbedientie vinculo per eos ipsi domino Duci prestitis et factis absolvit et totaliter liberavit, et absolutos et liberatos dimisit. Requirens et rogans ipsos ex parte dicti domini Ducis diligenter et attente, quod prefato domino Patriarche de cetero debeant tanquam eorum vero domino fideliter obbedire. Ac offerens eis quod si hoc facerit dictus dominus dux, vult et intendit semper propterea eorum beneplacitis complacere. Quibus etiam dixit quod si litteras quas habebant à prefato domino Duce restituerent ei die crastina, ipse similiter eis restitueret litteras quas idem dux habebat ab eis

Actum Glemone in hospitio habitationis Bartholomei prefati

Da manoscritti di monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 240 esistenti presso il Nobile Sig.re Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.o di Cerjetto 20. giugno 1817.

Frangipane

1331. 18. maggio

Da un protocollo in foglio del Notaro Gubertino de Novate: si conserva nell'Archivio vecchio del Collegio de' Spettabili Signori Notari.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem M. CCC. LI. indictione IV die XVIII. mensis maj. Presentibus Reverendo in christo Patre domino fratre Johanne dei gratia Episcopo emonensi, ac VV. Dominis fratre Alberto Abbate Monasterii Sancti Prospari de Regio, Guidone Johanne de Regio Canonico utinensi, vicariis in spiritualibus domini Patriarche infrascripti Johanne de Carate Plebano Glemone, Presbitero Nicolao de Glemona Plebano Zorgarie, ac Nobilibus dominis Petro de Luca vicario in temporalibus dicti domini Patriarche conrado Bojano milite de C. A. Henrico de Strasoldo Guilelmo de Ticossiis potestate Aquilegie Nicolussio de Parcoto Potestate Marani testibus et aliis: Convocatis et congregatis in ospitio habitationis infrascripti Bartholomei consilio Terre Glemone videlicet Artico di Mirissono, Bartholomeo quondam Ser Hermanni Zamborini, Nichulo Sibelitto, ~~fili~~ jacobo quondam peregrino de Glemona et alia dicti Consilij et Terre Glemone civium multitudine copiosa. Coram testibus supradictis, et coram egregio milite Domino Hainrico Raspone Ambaxatore et Nuncio ad infrascripta, ut asserebat, specialiter constituto, et transmisso per illustrem Principem Dominum Albertum D. G. Ducem Austrie Stirie Karinthie, dictus Dominus Hainricus Rasponi dictos consilium comune et homines dicte Terre Glemone ex parte prefati Domini Ducis salutavit ac ipsis regratiatus est de eo quod bene et fideliter fidem et promissionem ipsi domino Duci per ipsos datam et factam,

ac

ac constanter et tanquam boni homines servaverunt, et eis significans qualiter bona, et plena et amicabilis concordia facta est, et firmata inter predictos Dominum Patriarcham, ac Dominum Ducem, et Comitem Goritie auctoritate et commissione sibi concessa, et facta per dictum Dominum Ducem prefatos consilium comune, et homines, et universitatem Terre Glemone, ab omni juramento, et permissione, ac obbedientie vinculo per eos ipsi Domino Duci prestitis et factis, absolvit et totaliter liberavit, et absolutos, et libero dimisit. Requirens et rogans ipsos ex parte dicti Domini Ducis diligenter et attente, quod prefato Domino Patriarche de cetero debeant tanquam eorum vero Domino fideliter obbedire. Sic offerens eis quod si hoc fecerit dictus Dominus Dux vult et intendit semper propterea eorum beneplacitis complacere. Quibus etiam dixit quod si litteras quas habent a prefato Domino Duce restituerent ei die crastina, ipse similiter eis restitueret litteras quas idem Dux habebat ab eis.

Actum Glemone in hospitio habitationis Bartholomei jurati

Tra manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII, pagina 240 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Castel di Porpetto 22. luglio 1817.

Frangipane

ino de
gio de'

Fratre
fratre
vii infra:
Paolino,
convoca:
. d. Nicol
a ... d.
lutrre,
Aquilegen:
tis novi:
Albertum
torum,
dum Do:
e ad
am, et
et Aqui:
capitu:
i suam
rici ve
lebant
etiam

1351 22 maggio Nicolò Pat: chiede l'assenso al Cap. per la cessione della chiesa al D. Alberto d'Austria giusta trattato. 

Da un protocollo in foglio del notaro Gumbertino de Novate. Si conserva nell'Archivio Vecchio del Collegio de' Spettabili Sig.ri Notarii

M.CCCLI. Indictione IV.

Die XXII mensis maii. Presentibus .. Venerabili in Christo Patre Domino Petro D. G. Episcopo Concordiensi: VV. Dominis fratre Alberto Abbate Monasterii Sancti Prosperi de Regio Vicarii infrascripti Domini Patriarche. Purchonio Decano Pragensi, Paolino quondam Magistro Johannis de Mutina testibus et aliis. Convocatis et congregatis coram Reverendo in Christo Patre et D. D. Nicolao Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha .. D. D. Dominis Guillelmo Decano, Sambo .. de Cremona, Ambrosio dela turre, Mattheo de Padua, et Jacobo de Marano de Parma Canonicis Aquilegensibus Dictus Dominus Patriarcha exposuit eis qualiter in pactis noviter habitis inter ipsum ex parte una, et Dominum Ducem Albertum Austrie ex altera super restitutione Terrarum, locorum et honorum Aquilegensis Ecclesie fienda ipsi Domino Patriarche per dictum Dominum Ducem conditum fuit quod idem Dominus Duce usque ad duodecim annos proximos et completos habere deberet Sclusam, et mutam Scluse spectantem ad ipsum Dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam propter quod ipsos Dominos Decanum, et Capitulum Aquilegenses requirebat instanter ut pactis hujusmodi suum preberent assensum. Dicti vero Domini Decanus, et Canonici responderunt quod super hujusmodi negotio deliberare volebant

etiam

cum aliis eorum canonicis qui non erant ibi et quod habita de
liberatione postmodum responderent.

Actum Aquilegiae in zardino Patriarchalis Palatii.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati == Otium Forojuliensem == Tomo XXVIII. pagina 241 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas. di Porpetto 23. Luglio 1812.

Frangipane

1351. 22. maggio — Da Protocollo in foglio del Notajo Gubertino di Novate. Si conserva nell'archivio vecchio del collegio de' Signori Notaj



M. CCCLI. Indictione quarta.

Die XXII. Mensis Maj. Presentibus venerabili. in Christo Patre Domino Petro D. G. Episcopo Concordiensi. VV. VV. Dominis Fratre Alberto Abbate monasterij Sancti Prosperi de Regio vicarij infrascripti Domini Patriarche. Pretbovio decano Pragensi, Paulino quondam Magistro Johannis de Mutina testibus et alijs. Convocatis et congregatis coram Reverendo in Christo Patre et D. D. Nicolao D. G. Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha VV. VV. Dominis Guillelmo decano, Cambino de Cremona, Ambrosio dellaturre, Mattheo de Padua, et Jacobo de Marano de Parma Canonicis Aquilegensibus. Dictus D. Dominus Patriarcha exposuit eis qualiter in pactis noviter habitis inter ipsum ex parte una, et Dominum ducem Albertum Austrie ex altera ~~sunque~~ super restitutione terrarum, locorum et bonorum Aquilegensis Ecclesie fienda ipsi Domino Patriarcha per dictum Dominum Ducem conditum fuit quod idem Dominus Dux usque ad duodecim annos proximos et completos habere deberet Sclusam, et mutum Sclusse spectantem ad ipsum Dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam propter quod ipsos Dominos Decanum, et Capitulum Aquilegensem requirebat instanter ut pactis hujusmodi suum preberent assensum. Dicti vero Dominus Decanus et Canonici responderunt quomodo super hujusmodi negotio deliberare volebant cum alijs eorum Canonicis qui non erant ibi, et quod habita deliberatione postmodum responderunt.

Actum Aquilegie in zardino Patriarchali Palatij.

Pa

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 241. esistenti presso il Nobile Signore Faustino de Portis di Cividale del Friuli.

Cus.° di Porpetto 22. Luglio 1817.

Frangipane

1351. 23. maggio

144

Da un protocollo in foglio del Notaro Gubertino de Novate si conserva nell'Archivio vecchio del Collegio de Spettabili signori Notari

Die XXIII mensis maj. Presentibus venerabili in Christo Patre Domino Petro, D. G. Episcopo Concordiensis, D. Domino Pretborio decano Pragensi, et Paulo quondam magistri Johannis de mutina testibus et aliis. Prefatus Dominus Patriarcha in presentia Nobilis militis domini Henrici Rasponi iterato cum instantia requisivit dominum Decanum Aquilegensem predictum sibique percepit ut ipse ac ejus capitulum Aquilegense consensum et sigillum ipsius Capituli exibere et apponere deberent pactis superius expressis. Dictus vero Dominus decanus respondit quod ipse super hujusmodi requisitione contulerat cum dicto ejus Capitulo et Canonicis suis, et quod ipsi responderant quod hoc videbatur nimis durum pariter et injustum, ea quod muta Scluse fuerat antiquitus Aquilegensi Ecclesie concessam pro fabrica ipsius Ecclesie que ad presens indiget non solum reparare verumetiam totali adificatione a fundamento supra cum dirrupata sit, et corruerit propter terremotum. Que quidem Ecclesia, si dictus Dominus Dux tenere debeat juxta pacta premissa mutam scluse, nunquam vel saltem temporibus suis rehedificaretur propter quod videntes, quod pacta hujusmodi in dampnum et prejudicium non modicum Aquilegensis Ecclesie et ipsorum Dominorum decani Canonicorum et Capituli redundabant, et de jure non procedebant et quod ex hujusmodi consensu a Domino nostro Papa possent multipliciter reprehendi et privari beneficiis asserebant et dixerunt quod eorum assensum pactis ipsis prebere nullatenus intendebant.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Da

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 242 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 22. Luglio 1817.

Frangipane

[illegible] vate
[illegible] co.
[illegible] en
[illegible] lae
[illegible]

1351. 24. maggio

Il Comune di Udine promette fedeltà ed obbedienza al Pat. Nicolò. 145.

Da un protocollo in foglio del Notaro Gubertino de Novate si conserva nell'archivio vecchio dell Collegio de Spettabili Signori Notari.

M. CCCLI. die XXIV. mensis Maj. presentibus RR. Patribus Dominis fratre Petro Concordiensi, fratre Henrico Feltrensi et Bellunensi Episcopis RR. DD. Dominis fratribus de Galterio Rosacensis, Michaele Sestensis, et Guidone Mosacensis Monasteriorum Abbatibus. Fizico Dwogo Decano Pragensi. Tristano de Savorgnano Camerario Aquilegensi Rajmundo vicedecano Utinensi. Nobilibus vv. Dominis Walterpertoldo de Spenimbergo, Quezelletto de Cucanis, Odorico de Strampergo, Paulo quondam Magistri Johannis de Mutina Notario testibus et aliis pluribus Convocato et congregato coram Reverendum in Christo patrem et D. D. Nicolao D. gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha Arengo Generali Terre Utini in Ecclesia majori S. Marie de Utino ad sonum campane more solito in quo quidem Arengo aderant Nobiles et discreti viri Domini Johannes de Moruculis Capitaneus, Franciscutus, Anzellottus fratres, Petrus de Savorgnano, Henricus de Carnea Gabriel Notarius, Franciscuttus Minicutti, Hioachinus Gallidessius, Candidus Spiciarius, Johannes de Bononia Nicoletto Notarius, Petrus Baurini, Michilinus Tuscus, Jacobus, Nicolaus fratres quondam Domini Francisci Nassutti, Nicolaus ejus frater, Cazetta Notarius, Johannes de Ravanis, Leonardus Arcoloniani, Philippus Notarius Missius de Ramanzacco, Nicolussus Domini Friderici Varbiti, Burinus Gubertini, Johannes quondam Johannis, Gyosius, et Andreas Notarii et aliorum multitudo copiosa de Utino tam ibidem presentium quam absentium de voluntate et consensu totius Arengi predicti

dicti juraverunt ad S. D. E. in manibus predicti domini Patriarche suo et Aquilegensis Ecclesie nomine precipientis quod perpetuo erunt, fideles, legales et obedientes eidem domino Patriarche et Aquilegensi ecclesie prout de jure tenentur et debent. Quod quidem juramentum alii omnes de Utino ibidem prestiterunt, approbaverunt, ratificaverunt, et confirmaverunt, illudque omnes ipsi corporaliter prestiterunt

Actum in predicta majori Ecclesia Sancte Marie de Utino.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 243 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.º di Porpetto 23. Luglio 1817.

Frangipane

1351 23 Giugno — Pace tra Savorgnano per sentenza arbitraria di Gerardo di Cucagna e Coradella di S. Daniele. 146.

Scorretto.

## Sententia inter illos de Savorgnano.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Ind.e 4.ta die vigesimo tertio mensis junij. Presentibus venerabilibus Viris Dnis Gulielmo Decano Aquilejense, fratre michaele Abbate Manasterium sextensi, Nobili viro Dno Chunodo de Bruna Capitaneo Feltri, et Civitate Belluni, et Gemzano de Camea militibus, Guezolone de Turciteis, Joanne Francisco de Castello, Galvano de Maniaco Dethemano de Ragonea, Zanutta de S.to Daniele, Cono de Tavristaneo testibus, et aliis et c.

Constitutis ad infrascriptam sententiam arbitrariam audiendam convocatis in presentiam R.mi in Christo Patris, et D. D. Nicolai Dei Gratia S.tæ Sedis Aquilejensis Patriarche; Nobili viro Franciscutto quondam Dni Federici pro se et fratribus suis, ac pagano q. Dni Hectoris, et Federico quondam Dni Guarnierij de Savorgnano, pro se, et pro fratre ipsius Federici ex parte una, et Bello, ac Folcherio de Savorgnano ex altera, nec non in presentia Nobilium Virorum Dominorum Girardi de Cucanea militis, et Coradella de S.to Daniele, arbitrorum, et arbitratorum, et amicabilium compositorum litis, discordie; questionis vertentis inter dictas partes pro ut de compromisso in dictos Dnos Patriarcham, et Gerardum ac Coradellam facto constat quodam publico instrumento scripto Anno ind.e predicto, die vero decimo presentis mensis junij, manu Pauli quondam Magistri Joannis de Mutina imperiali auctoritate Notarij, a me infrascripto Notario viso, et lecto; primo, et principaliter dictus Dnus Patriarcha precepit eisdem partibus, quod infrascriptam sententiam arbitrariam, et pacem faciendum sub obtentu ejus gratie debeant inviolabiliter observare, alioquin toto posse suo astabit parti observanti hujusmodi sententiam, et pacem, contra partem non observantem, et infringentem, et nihilominus procedere contra partem ipsam non observantem ad contentam pene in compromisso apposite;

dicte,

dicte vero partes, suisque et nominibus, quibus supra audito mandato dicti Dni Patriarche promiserunt per fidem suam, rata, et firma habere, et tenere omnia, et singula, que dicti arbitri, seu ipsorum dominorum sententia verant, seu arbitrati fuerint inter partes ipsas, et nullo tempore per se, vel alium, seu alios modo aliquo contrafacere, vel venire. Quibus factis prefati Dni Gerardus et Coradella arbitri de mandato, consensu, licentia, et voluntate predicti Dni patriarche, ibidem presentis, talem in scriptis arbitrariam sententiam, seu arbitrium protulerunt dicentes et c.

In Christi Nomine Amen, Nos Gerardus de Cucanea, et Coradella de Sto Daniele arbitri; et arbitratores, et amicabiles Compositores, litis, discordie, et questionis vertentium inter Nobiles Viros Franciscuttum filium quondam Dni Federici pro se, fratribus suis, Paganum quondam Dni Hectoris, et Federicum q. Guarnerij de Savorgnano per se et Petro ejus fratre ex parte una, et Bellum, et Fulcherium, ac eorum filios de Savorgnano ex altera, visis, auditis, et examinatis juribus, et allegationibus utriusque partis de super eis deliberatione habita diligenti auctoritate arbitraria, nobis in hac parte concessa, sententiamus, arbitramur, et mandamus, quod inter partes predictas Bona et firma Pax, et Concordia sit, et esse debeat perpetuis temporibus duratura, et supradicti omnes, et singuli de Savorgnano semper sint, et esse debeant boni, et veri amici, et, si quod absit, inter servitores dictarum partium discordia oriretur, aut offensa fieret, aliqua lis, non intelligatur, nec intelligi debeat propterea Pax esse violata, seu fracta, sed teneatur illud nobis arbitris ostendere, et proponere, et nos debemus eos ad invicem concordare. Item sententiamus, arbitramur, ac mandamus, quod predicti Bellus, et Fulcherius libere restituant, et assignent prefatis Franciscutto, et fratribus, Pagano, et Federico partes eos contingentes de prefato Castro de Savorgnano, cum omnibus bonis, et juribus pertinentibus ad dictas partes Castri hodie, vel cras per totum diem, liceat tamen dicto Fulcherio accipere

res

res, et bona sua, nunc existentia super partibus adverse partis, hinc ad diem lune proxime future et vinum ejus usque ad octo dies proximos venturos; item sententiamus, et arbitramur, ac mandamus, quod omnia dampna hinc inde illata data et facta sibi adinvicem per utramque partem a die qua dictus Fulcherius recepit in se partes dicti Castri adverse partis, usque ad presentem diem sibi adinvicem partes ipse totaliter indulgeant et remittant; item sententiamus, et arbitramur, ac mandamus, quod prefatus Fulcherius teneatur, et debeat expensis suis refficere murum, quem fregit inter domum suam, et partes aliorum predictorum &c.

Item sententiamus, arbitramur, ac mandamus, quod de his que dicte partes sibi adinvicem petere, seu dicere habent, super aliqua hereditate, quam aliqua partium dicere, et spectare: eligantur duo amici, videlicet unum pro parte, in quos compromittant, et ipsi amici causam ipsam infra unum mensem cum dimidio debeant terminare si dicti amici in ferenda sententia, seu arbitrio concordare. Prefatus Dnus Patriarcha esse debeat tertius communis amicus, ita quod illud, quod sententiabunt, seu arbitrati fuerunt duo ex ipsis habeant firmitatem, et dictum tertij nullius sit valoris, si vero tempus peremi predicta expirasset, illud non debeat alteri dictarum partium ~~predictarum~~ prejuditium generare; que quidem omnia, et singula precipienda ab eisdem partibus inviolabiliter observari sub pena mille marcarum danariorum novorum Aquilensis monete in compromisso apposite pro partem non observantem premissa totiens persolvenda, quotiens committitur in ipsam, cujus pene medietas Dno Patriarche prefato cedatur, et alia medietas parti observanti predicta, et pena hujusmodi soluta, vel non, presens nihilominus instrumentum et omnia contenta in eo obtineant plenum robur; predicti vero Franciscuttus, Paganus, et Federicus, ac Bellus, et Fulcherus suis, et nominibus quibus supra pacem sibi fecerunt ad invicem tactis sibi manibus adinvicem

in

in signum veræ pacis, et concordiæ omnia damna sibi ad invicem in=
dulgentes, ac etiam remittentes, lata, et promulgata fuit suprascripta
sententia arbitraria per arbitros suprascriptos, videlicet Dominos Gerardum,
et Corradellam de consensu, licentia, mandato, et voluntate prefati Domini
Patriarchæ, Utini in Palatio Patriarchali &c.

Signum Notarij ) Ex notis quondam Domini Gubertini de Novate mediolanensis
Notarij penes Spectabilem Dominum Martinum Merulam existenti.
bus, Andreas Pianta Civis, et Notarius Utinensis Cancellariæ descri.
bi fecit, et requisitus publicavit Die 19 junij 1568

Ante scriptam sententiam arbitrariam ita requisitus. Ego Bartholomeus
Mainardus de Fagagnea publicus Notarius extraxi ex alio exem.
plo autentico existenti penes Nobilem Dominum Petrum Anto.
nium Savorgnanum a Vexillo; et in fidem me subscripsi, apposito
et &c.

Manu Notarij cujus nomen ignoro puto tamen
esse manu Gubertini

Da libro d' Antico carattere coperto di carta Pergamena,
et intitolato: Federico primo, Costantino primo Savorgna.
ni — esistente presso il Sig. Co: Luigi Ottelio d'Udine
pagina 15.

Cast.° di Porpetto 10 Xbre 1816

Frangipane

... Novembre Nicolò Pat: unise alla Chiesa di Santa Maria Maggiore d'Udine la pieve di Moruzzo in onore del Pat: Bertrando in quella sepellito.

Nos Nicolaus Dei gratia Sanctę Sedis Aquilegensis Patriarcha
ad perpetuam rei memoriam. Bonę memorię Bertrandi Patriar-
chę Aquilegensis prędecessoris nostri, devotionis, et virtutum
merita, aliaque gesta ipsius laudabilia recensentes apud
bonorum omnium retributionem promereri, credimus et re-
putamus consonum rationis, si absque nostrę Ecclesię lęsio-
ne Ecclesiam nostram Sanctę Marię de Utino nostrę Aqui-
legensis Diocesis, in qua ejus venerabile corpus requiescit,
non solum spiritualibus, verum etiam, quantum cum Deo,
et justitia possumus, donis et gratiis temporalibus ampli-
amus, ut per ampliationem hujusmodi in divinis officiis
in eadem Ecclesia Deo propitio exercendis ipsius nostri prę-
decessoris jugis, et celebris memoria perpetua habeatur.
Hac igitur moti consideratione Plebem Sancti Thomę de Moru-
tio dictę nostrę Diocesis, cui animarum imminet cura, ad no-
stram collationem, et provisionem spectantem, utilitateque
de jure, ac de facto pro remedio animę dicti nostri prędę-
cessoris, ac serenissimi domini, et fratris nostri carissimi
Domini Caroli Dei gratia Romanorum, et Boemię Regis semper
Augusti, nostraque salute dictę Ecclesię Sanctę Marię de Utino
ejusque Capitulo habitis diligentibus tractatu, et deliberatione
super hoc cum dilectis filiis nostris Guillelmo Decano et Capi-
tulo Ecclesię nostrę Aquilegensis prędictę ibidem intervenienti-
bus, videlicet Ottolino de Pergamo, Bartholomęo de Padua,
Ambrosio della Turre, Jacobo Salomonetti de Tarvisio, Zambrino
de Cremona, Guilelmo Saveri, Philippino de Parma, Joanne
de Caretta, Paulo de Sala, Jacobo de Marano de Parma, Ma-
theo de Padua, Maphęo de Parma, Hermacora de Morutio,
et ipsis consentientibus, et approbantibus concedimus auctorita-

te

Ta ordinarie, unimus, et incorporamus perpetuo cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, et obventionibus ad dictam Plebem spectantibus quoquomodo ita quod in die feriis obitus ejusdem predecessoris nostri annis singulis ipsius anniversarium Decanus, Canonici, et Capitulum Ecclesie sancte Marie de Utino solemniter facere teneantur. Qui quidem fructus redditus, et proventus dividantur inter Canonicos ressidentes, et qui in dicto Aniversarii predicti, divinis interfuerunt officiis; ut mos est mensis: absentes vero, et qui divinis non interfuerunt, ut est dictum, nihil percipiant de eisdem, nec debeant pro presentibus reputari. Mandantes universis, et singulis Parochianis, et subditis Plebis ejusdem, cujuscumque conditionis existant, quatenus de redditibus, juribus, fructibus, proventibus, et obventionibus antedictis supradictis Decano, et Capitulo Ecclesie predicte sancte Marie de Utino integrim respondeant ammodo, et deinceps, et ne forte cultus in eadem Plebe de proventu negligatur divinus, volumus, et mandamus quod in Plebe eadem per dictos Decanum, et Capitulum Ecclesie sancte Marie de Utino, idoneus instituatur Vicarius per quem cura exerceatur animarum, et deserviat laudabiliter in divinis. Non intendimus autem propter nostram concessionem, unionem, et incorporationem hujusmodi, eamdem Plebem a solutione decimarum Papalium, ac procurationibus Legatorum Apostolice Sedis, nostrisque, nec a Synodali jure exemptam esse, sed sicut antiquitus ad omnia teneantur. Que omnia, et singula per Paulum nostrum Notarium scribi, et publicari mandavimus, et presentem paginam nostri Sigilli appensione muniri. 133.

Datum, et actum in nostra Ecclesia Aquilegensi die sexto No-

vem-

vembris Anno Dominicae Nativitatis Millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Indictione quarta assistentibus nobis venerandis Fratribus nostris Benetto Feltrino, Egidio Vicentino, Ruffino Mantuanensi, Petro Concordiensi, Leonardo Polensi, Joanne Emonensi, Joanne Parentino, et Francisco Justinopolitano, Episcopis, et alia Abbatum, Praelatorum, et Clericorum multitudine copiosa.

Ego Paulus q. Magistri Joannis de Moratio Publicus Imperiali auctoritate Notarius et supradicti Domini Patriarchae ejusque Curiae Officialis, et scriba, concessioni, unioni, incorporationi, ac omnibus supradictis una cum praedictis Testibus interfui, et ea de mandato ejusdem Domini Patriarchae scripsi, et publicavi rogatus.

Nos insuper, Ambrosius della Torre Vicedecanus, et Capitulum praedictae Ecclesiae Aquilegensis praemissas litteras et instrumentum fecimus, sigilli quoque nostri appositione muniri fecimus in praedictorum testimonium, et majorem roboris firmitatem.

1355. 8. Lug.

Datum in praefata Ecclesia Aquilegensi die vigesimo octavo mensis Julij Anno Nativitatis Domini Millesimo trecentesimo, quinquagesimo quinto, Indictione octava.

Ex Codice Vitae Beati Bertrandi Patriarchae Aquilegensis post miracula apud Annibalem Ferarinum

Da manoscritti del Conte Asquini nel nostro Archivio

Cas.° di Porcello 10. Luglio 1822

Francesconi

ecclesia S.
rino comite
uccelloni
ius filio An
herardi de
a filio q.
D. Petro
ortus A. ao.
aliis ad hec
auditis et
um phicium
rarium D.
um habi
s Austria
onsignare
ertas pro
tis D. Duci
liis Datum
qui debe
Henrico de
Marcas ar
m, et non
eis consi
ustria re
ere idem
F.

.351 11. 9bre Bianquino di Porzia nega rendere Pordenone agli inviati 148.
del Duca d'Austria perche non hanno ne procura ne denaro.

Anno Domini 1351. Ind. 4. die Veneris XI.mo Novembris in Ecclesia S.ti
Marci de Portu Naonis presentibus Magnificis D.nis Riccardo de Camino Comite
Cenetense, Guilielmo q. D. Alberti, Zucelloto q. D. Mainardi, Zucellonis
q. D. Gabrielis de Prata, et Simone de Castillerio, Francisco ejus filio An-
drea de Cucanea filio D. Francisci, Bertha filio q. D. Gerardi de
Cucanea, Nicolussio de Lorenzaga q. D. Anastasii, Bragogna filio q.
D. Francisci de Sbrojavacha, Odorico de Miduno q. Francisci, D. Petro
de Arpo judice de Tarvisio, Domino Francisco potestate Portus Nao-
nis, Gerardo q. Pellegrini, Bernardo q. Philippi testibus et aliis ad hec
vocatis, et rogatis. Nob. Vir D. Bianquinus de Purcilliis auditis, et
intellectis expositis per D.D. Hermanum Stayerger, Quirinum Phicin-
ashioram Milites, Mainardum de Carinthia, Federicum Camerarium D.
Ducis Austrie, Petrum Notarium Judicem, Egidium Turcum habi-
tantem in Judemburg asserentes se pro parte dicti Ducis Austrie
significare ipsi D. Bianquino, quod parati erant dare, et consignare
ipsi mille trecentos sexaginta sex Marcas argenti et quinquaginta pro
pignoratione Castri Portus Naonis, et pro servitiis exibitis D. Duci
Austrie per q. Federicum dictum q. Brisaglia de Purciliis Patrem
ipsius D. Bianquini, et per ipsum Dominum Bianquinum qui debe-
ret Terram Portus Naonis dare, et tradere Domino Henrico de
Walse cum paratos se offerant solvere et dare 1366 Marcas ar-
genti, et 50. prout asserebant deberent ipsum Dominum Ducem, et non
ultra, et quod dicebant, et asserebant, quod ipsam Terram eis consi-
gnare asserentibus se nomine, et vice D. Ducis de Austria re-
quirere ipsam Terram, quod tamen mandatum ipsos habere idem

Bi.

D. Bianquinus requisivit, et cum non ostenderit habere ipsum man-
datum eos habere negat, et protestatus est suam, quam dixerunt, et asse-
ruerunt. ipse D. Bianquinus respondit hac forma, et modo videli-
cet quod ipsos recipiebat tanquam fratres, et amicos, et quod eis
faceret singularia servitia, veruntamen ipsi non ostendebant aliquem
titulum ex parte ipsius D. Ducis, unde dixit et asseruit, et protes-
tatus fuit ipse D. Bianquinus, quod paratus erat pecuniam recipe-
re particulariter, et in toto in iis que deberet percipere et habe-
re, et de receptis facere finem debitum, et omne id ad quod tene-
tur, et debet de jure, et recepta pecunia, quam debet habere a D.
Duce Austrie, occasione scilicet habite pecunie tam a D. Ludovico
ejus patruo, quam a D. Federico ejus patre et aliis pecuniis expendi-
tis, tam in ejus servitio, et de ejus mandato, quam in servitio Comitum
de Goritia et aliorum, de ejus voluntate mandato consensu et rati-
habitione de quibus omnibus paratus est facere finem loco, et tem-
pore et coram judice competenti ea que sint in honorem ipsius
D. Ducis et ad que tenetur, et debetur de jure, et obedire, et pare-
re ipso Domino Duci in iis ad que tenetur, juxta formam juris et
quod placeat ipsi D. Duci per se, vel aliter jura, que ipse D. Bian-
quinus obtinet in Porta Naonis, quibus visis et attentis ipse D. Bian-
quinus paratus est facere ea, que de jure tenetur, et predicta dixit,
denunciavit, et protestatus fuit omni via, modo et forma quibus
melius potuit, asserens etiam ipse D. Bianquinus, quod nullam pe-
cuniam offerebant, sed tantum verbotenus narrabat, salvis, et
reservatis sibi omnibus aliis suis juribus sibi de jure competen-

tibus

ribus suo loco et tempore declarandis.

Ego Nicolaus q. Jacobi Meglijaze de Portu Naonis Imperialis Auctoritate Notarius iis interfui, et rogatus scripsi

Da Raccolta di carte antiche presso il Conte Luigi Ottelio di Udine, copiate, e unite in volume senza titolo, e numerazione di pagine, con numero progressivo avvertito ad ogni documento — N.ro 69.

Cas.° di Corpetto 24. 9bre 1816 [illegible]

1352. 1. feb.º Nicolò Pat: in Parlamento sulla pace del Friuli, ed altri affari 
Cucanello vieta di assistere ai figli di Friderico di Castello maledetti

In Christi nomine Amen Anno Nativitatis ejusdem MCCCLII Inditione

V. die primo mensis Februarii, Convocato et congregato per Reverendum

in Christo Patrem et Dominum Dominum Nicolaum Dei gratia

* et in ejus presentia costituto Utini in Palatio Patriarcali

Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham, Colloquio Generali. In quo quidem

in Colloquio interfuerunt Reverendus in Christo Pater Dominus Frater

Petrus Episcopus Concordiensis ac Venerabiles Nobiles, et discreti viri

Frater Michael Sestensis, Gabardus Rosacensis, Guido Mosacensis

Odoricus Bellunensis Monasteriorum Abbates: Gambinus de Cremona

Canonicus Aquilegensis, et prepositus Ecclesie Sancti Petri de Carnea

Franciscus de Sorentionibus Canonicus Civitatensis, Vivianus de Sul-

cinilo Canonicus Utinensis, Gerardus de Cucanea Nicolaus de la Fratina

Franciscus et Sbrolavaca milites Henricus de Strasolds Fridericus et

Nicolussius de Moruzio, Guillelmus de Prata Ricardus et Franciscus

de Colloreto Galvanus de Maniaco, Maynardus et Nicolussius de Villa

lta, Simon et Iohannes de Valvasono Guilelmus de Ters, et Ulri-

cus et Nicolaus de Prampergo, Gualterus pertoldus de Spegninbergo,

Galeaspius de Cavoriaco Nicolaus Gifolus de Ragonea Henricus de Cuca-

nea, Conus de Portunslain Fridericus de Castello, Beller et Folcherus

Castrones Franciscus, et Petrus de Savorgnano, Andreas et Benedictus

de Attens, Simon de castillerio, Bucinus de Budrio Nicolaus de Flagonia

matthiassius de Lafinberg, Sudricus de Bontelono, Guillelmus pacos

sius de aquilegia Petrussius de Fa. ... Magister Johannes Chiussinus

de Aquilegia Fredericus de Sonis, Salvator et Nicolussius Auponus de

Civitate austria, Dominus Johannes de Montinulis Capitaneus Utini

---- Varbili Magister Franciscus ~~Doctor~~ gramatice de Utino Fred

ricus et Petrus de Fuganea, Johannes, Jacobus de ....... de Latisana, Bardanus

de Montefalcono, Nicolaus Tronconus Eustaldio, Sarutus, A Chulolinus Chafolinus de

Sartorelo, Alterminus Sartor, et massius ~~et Salgolus~~ de Marano Johannes

~~Caunaco et alii~~ Vedossi de Portugruario, Magister Franciscus et Salgolus

de Sacelo, Angelo de Caunaco et alii quamplures. Prefatus Dominus Patri

archa proposuit qualiter concordiam et pacem juxta suam possibi

litatem potuisset fecit in partibus et patria Foriulii et ubi emergen

tibus arduis negotiis adimplari non potuit treque sunt indicte ne

majora scandala oriantur. Secundo quod juxta illud quod

alias dixit in primo colloquio Fugance celebrato justitiam fecerat

et facere intendebat indifferenter omnibus juxta posse et quod

contra illos qui inventi sunt culpabiles de tractatibus factis

contra ipsum hominum Patriarcham et suos justitia facta

est

est et quod alios non culpabiles et quod voluerunt esse fideles et legales sibi et Aquilegensi Ecclesie prout tenentur et debent habere intendit pro fidelibus servitoribus et filiis et eis donare de suo, ipsoque tradere favorabiliter et gratiose ac eos commendare quod dominum et fratrem dominum Charolum Romanorum et Bohemie Regem, ac alioque donec in fidelitatem permanserint ut tenentur. Tertio quod consuetudines laudabiles et bonas patrie foriulii approbare intendit et que minus justa viderentur et essent corrigere et reformare sicut jam factum est in multis cum consilio Consiliariorum sibi deputatorum p. Colloquium Generale. Quarto cum tota regiminis totius patrie dependeat in Consiliariis maturis et fidelibus requirebat ipse dominus Patriarca quod p. Colloquium predictum deputentur Consiliarii fideles et dilecti statum Aquilegensis ecclesie ac patrie affectantes asserens quod illi qui alias sibi deputati fuerint bene et fideliter se habuerunt. Quinto quod cum alias interposite fuerint appellationes ad generale Colloquium que non fuerunt expedite hoc Colloquium convocaverunt, ut possent in eodem modo debito expediri. Sexto se commisit quod propter multa

occurrentia negotia non potuit antea hujusmodi Colloquium convocare. Item monuit omnes et singulos ejus subditos tam in hoc Colloquio quam alibi existentes, quod nullus presumat Odoricum et fratres filios quondam Johannis Francisci de Castello tanquam proditores et rebelles suos nec eorum litteras aut missos recipere nec eis prebere facto et dicto modo aliquo consilium auxilium vel favorem sub pena feudi et regni ac eius et personarum et quod nunc pro ut ex tunc omnes et singulos contrafacientes privavit et privatos fore pronuntiavit cum eorum bonis ac penam et sententiam incidisse, quod prefatus Johanes Franciscus propter proditionem quam noscitur incidisse. Et nihilominus usque in tertiam et quartam generationem sint et esse debeant maledicti. Quibus peractis prefati omnes et singuli de Colloquio supradicto p. prum dominum Patriarcham proposita laudaverunt et dixerunt bene et juste facta esse sibi de eisdem ac de tanta pace et justitia quam fecit in tam modico tempore in patria Forijuli nec non de oblatione p. eum facta ipsis grates et gratias plurimas referentes. Et quia omnia spectantia ad dictum Colloquium, nec etiam predicte appellationes propter temporis brevitatem possent bene perfecta sicut debent ibidem p. Colloquium expediri deliberaverunt quod

statim

statum consiliarii p. ipsum Colloquium eligi debeant boni fideles et sufficientes, et quod p. ipsos omnia proposita in dicto Colloquio et quae occurrent de novo ac etiam predictas appellationes debeant expediri dantes et concedentes eisdem consiliariis eligendis plenam ac liberam potestatem disponendi et ordinandi super omnibus et singulis suprascriptis propositis et proponendis statum Patriae Foriiulii tangentibus quam dictis appellationibus sententiandis et expediendis ita ut quod quid disposuerint et ordinaverint ac sententiaverint in premissis et quodlibet premissorum vim et vigorem ac firmitatem et robur plene habeant dicti Colloquii Generalis ac si per dictum Colloquium factum esset. Subsequenter vero predicti de Colloquio ad partem se trahentes deliberatione inter se elegerunt, et postmodum nominaverunt prefato domino Patriarche consiliarios infrascriptos videlicet pro Prelatis venerabiles viros fratres Michaelem Abbatem Monasterii Sextensis vel Euidonem abbatem monasterii Mosacensis, quando dictus dominus abbas sextensis consilio adesse non posset. et pro clero dominum Decanum Aquilegensem vel dominum Zambonum de Cremona prepositum ecclesie sancti Petri de Carnea. item pro liberis dominum Biaquinum de Prata, et Henricum

de

de Stralcodo. Item pro Monasterialibus Dominum Franciscum de Sbrola vacha militem, Henricum de Spegnembergo, Rizardum de Fucano Simonelli de Dulcinico, Majnardum de Villalta, Simonem de Cucanea, Franciscum de Colloredo, Biyetalmum de Cerr. Item pro Comunitate Civitatis Aquilegie Bonossonutum de Aquilegia, vel Guillelmum de Picos=is. Item pro Comunitate Civitatis Austrie Nicolussum Arponum vel magistrum Johanem physicum de Aquilegia. Item pro Comunitate Utini Bolchertin de Savorgnano vel Castronum de eodem loco. Item pro Comunitate Glemone de Cossoij vel Maynardum q.m savij, ac Gambinus, Henricus de Stralcido, Maynardus de Utalta, Franciscus de Sbrolavacha, et Franciscus de Collorsto ibidem presentes juraverunt ad sancta Dei Evangelia tactis sacrosanctis scripturis vocati ad Consilium semper venire nisi legitimo impedimento detenti ac conscalere bona de omnibus que cognoverint bene facta fore bona et utilia Aquilegensi ecclesie et patrie Foriiuli et tenere secreta ea que tractabuntur in consilio. Dictus vero Dominus Patriarca mandavit dictis Consiliarijs, quod die martis proxime futura esse debeant in Utino ...... ad consulendum et expediendum predicta et omnia alia que occurerint facienda ac etiam ad sententiandum super appelationibus supradictis.

(interlinear: Cossoij; de Glemona, nec domini abbates Sestensis et Mosacensis)

Suprascriptum Colloquium exc notis q.m Gubertini de Novate

Cancellarij

Cancellarij tempore Nicolaj Patriarchae. Ego Martinus a Meruta doctor imperialique autoritate Publicus Notarius, penes me existe bus fideliter eduxi ex quodam libro coperto corio nigro in cujus fidem me cum signo meo solito subscripsi.

Trascritto da foglio volante senza verun altra autentica trovato nelle carte del quondam Sig.r Gianguiseppe Liruti, ~~letto~~ scritto però d'altra mano.

Cas.o di Prospetto 16. aprile 1816 [illegible]

1352 26. 8bre Pietro Vescovo di ~~Portogruaro~~ Concordia consulta la curia dei ~~suoi~~ feudatarj sugli abusi introdotti nei feudi dipendenti dalla sua sede.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis ejusdem, millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo indictione quinta, die vigesimo sexto mensis Octobris in Episcopali Palatio Terre Portus gruari in camera infrascripti D. Episcopi presentibus venerando viro D. Bernardo Roberto infrascripti D. Episcopi Vicario presbitero Hilino plebano Sancti Andree de Portu gruario joanne de Est Notario publico, et episcopalis Palatii, Phebo q. Jacobi preconis de Portugruario Candido jurato fossalti, et aliis pluribus testibus vocatis, et rogatis. Convocatis, et congregatis pro infrascriptis causis declarandis, et decidendis coram Reverendo in Christo patre, et D. D. Fratre Petro Dei, et Apostolice Sedis gratia Episcopo Concordiensis, ut moris est venerabilibus viris D. Thoma Abbate Sumaguense Florentino de Castis de Parmisio decano, Guidone de Romanis preposito Jacobo de Mutina, Guielmo de Narcessio, et Marino de Utino Canonicis Ecclesie Concordiensis, nec non Nobiles viris Nicolao de Panigaliis Francisco q. ser Gasparis de Portugruario Nerrio isahac, Francisco et Rodulpho de Cordovado omnibus vassalibus Ecclesie et Episcopatus Concordiensis cum multis aliis astantibus, prefatus D. Episcopus petiit a dictis vassallis per eorum sententias declarari, et deffiniri, quod juris esset super infrascriptis dubiis eisdem per ipsum D. Episcopum proponendis, et ~~pro~~ primo quidem D. Episcopus proposuit, et dixit quod complures vassalli Ecclesie concordiensis predicte et ab ipsa ecclesia pheuda ~~attineates~~ tenentes stetissent per annum, et diem, et ultra postquam ipse Dominus Episcopus habuerat pacificam et quietam

tenutam

tenutam, et possessionem corporalem dicti sui Episcopatus concordien
sis, qui ab ipso Dño Episcopo investituram dictorum pheudorum non pe
tierunt, nec ipsum aliquatenus super ipsis pheudis requisierant pe
tiit ab ipsis Vassallis quid juris esset de predictis pheudis videlicet
utrum ipsa pheuda ipso jure devoluta essent ad ipsum D. Episco
pum, et Episcopatum Concordiensem nec ne, qui quidem omnes Vassalli
predicti unanimiter nemine eorum discrepante prius super hoc
inter ipsos ad partem habito consilio, et deliberatione matura mo
re solito sententiaverunt et declaraverunt, quod dictus D. Epis
copus poterat dicta pheuda intromittere, sive intromitti facere per
unum de Vassallis suis nomine suo, et Episcopatus Concordiensis
absque usu, et fructibus dictorum pheudorum usque ad annum et
diem, secundo proposuit, et petiit idem Dnus Episcopus utrum
pheudum legalem et rectum posset in dote, aut pro dote dari, vel
pro anima adjudicari, et quid juris esset si aliquis vassallus habens
ab Ecclesia Concordiensis pheudum legalem, et rectum ipsum pheudum
alicui mulieri in dotem et pro dote daret, aut pro anima sua alicui
persone adjudicaret, seu legaret, qui quidem omnes vassalles predicti
unanimiter nemine eorum discrepante prius habita inter eos delibe
ratione matura super hoc more solito sententiaverunt, et declarave
runt quod pheudum legalem, et rectum non potest in dotem dari
vel pro anima judicari nisi pheudum esset tale, quod posset
possideri per masculum, pariter et feminam, quia tunc illud posset
in dotem, et nomine dotis dari, dum tamen ille, qui dat tale pheudum
in

in dotem remaneat Vassallus Domini pheudi sic in dotem dati, et tunc mulier potest tale pheudum pro sua dote possidere vivente vassallo, qui tale pheudum mulieri dederat in dotem, sed ipso vassallo mortuo, mulier ipsa non poterat illud pheudum retinere, sed ad Dominum libere revertebatur ipso jure, Tertio dictus D. Episcopus proposuit, et petijt, utrum mulier in pheudo legali, et recto possit succedere nec ne, qui omnes vassali predicti unanimiter nemine eorum discrepante prius deliberatione diligenti super hoc inter eos habita sententiaverunt, et declaraverunt, quod mulier in pheudo legali, et recto succedere non potest, sed ad dominum pheudi libere revertitur ipso jure ipsum pheudum, Quarto proposuit et petiit D. Episcopus utrum Vassallus posset dictum pheudum impignorare sine scientia, et licentia D. pheudi, et si impignorassent sine scientia, et licentia Dni pheudi utrum pheudum ipsum sic impignoratum ad ipsum Dominum devolueretur nec ne qui quidem omnes Vassali predicti unanimiter, nemine eorum discrepante prius deliberatione matura habita super hoc inter eos sententiaverunt, et declaraverunt quod Vassallus sine scientia, et licentia potest pheudum impignorare, dum tamen ipse impignorans remaneat vassallus D. Pheudi, et ille, qui habet pheudum in pignore esset Vassallus ipsius Vassali, quinto proposuit, et petiit dictus D. Episcopus quid juris esset si Vassallus, qui investitus fuit ab ipso Episcopo de pheudis sui Episcopatus promisit, et juravit in manibus dicti Episcopi dare in scriptis eidem D. Episcopo, vel alteri nomine ipsius omnia pheuda, que habebat,

iat, et tenebat ab ipso D. Episcopo, et Episcopatu suo infra unum mensem post investituram sibi factam per dictum Episcopum, et non dedit, qui quidem omnes Vassalli predicti unanimiter nemine eorum discrepante prius diligenti deliberatione super hoc inter ipsos habita sententiaverunt et declaraverunt, quod dictus D. Episcopus debebat requirere a dicto Vassallo, quod eidem daret in scriptis usque ad aliquem certum terminum omnia pheuda, que ab ipso habebat, et tenebat, prout per ipsum sacramentum promiserat, sexto proposuit, et petiit dictus D. Episcopus quid juris esset si aliquis Vassallus Ecclesie, et Episcopatus Concordiensis pheudum, quod tenet ab Episcopatu venderet, vel alio modo alienaret, seu transferret in aliam personam non habentem manum pheudi utrum vendens, et omnes ipso pheudo sint ipso jure privati, nec ne qui quidem omnes predicti Vassalli unanimiter nemine eorum discrepante prius deliberatione matura habita inter eos super hoc sententiaverunt, et declaraverunt, quod si Vassallus Episcopatus Concordiensis vendidit pheudum alteri non habenti manum pheudi, dum tamen ipse vendens seu alius qui vis alienator pheudum remaneat Vassallus dicti Episcopus, seu Ecclesie, ut ab ipso Episcopatu seu Ecclesia ad hoc retineat pheudum non propter hoc est privatus dicto pheudo, sed si venditor, vel alienator non remanebat Vassallus dicte Ecclesie, tunc erat privatus pheudo ipso facto, et pheudum ad Dominum libere revertebatur. Septimo proposuit, et petiit dictus D. Episcopus

copus, quod complures vassalli habentes bona pheudalia ab Eccle-
sia, et Episcopatu Concordiensis ipsa bona vendiderint pro propriis,
et tanquam propria, quid juris esset de dictis bonis pheudalibus,
sic venditis, et sumptis pro propriis, qui quidem omnes supra-
dicti vassalli unanimiter nemine eorum discrepante habita
prius inter eos deliberatione matura sententiaverunt, et de-
claraverunt, quod qui vendebat pheudum pro proprio, et tan-
quam proprium privatus erat pheudo ipso facto, et ipsum phe-
udum ad Dominum libere revertebatur, sententiata autem, et
declarata fuerunt omnia, et singula suprascripta per supra-
scriptos Dnos Vassallos ad petitionem, et requisitionem dicti
Dni Episcopi, anno, Indictione die, mense, loco, et presenti-
bus omnibus quibus supra. quibus quidem omnibus suprascrip-
tis, et singulis sententiatis, et declaratis dictus Dns Episcopus
statim omnia et singula supradicta, et in eis contenta omni
modo, via, jure, et forma, quibus melius, et efficatius potuit
approvavit, confirmavit, et ratificavit, tanquam Dnus vas-
sallorum predictorum, et tanquam Episcopus Episcopatus,
et Ecclesie Concordiensis, et rogavit me Notarium infrascriptum,
et testes suprascriptos Bernardum Roberti, et Joannem de
Est Notarius publicus quod quilibet nostrum ~~numerum~~ de omnibus,
et singulis suprascriptis publicum sibi conficeret instrumentum.

Ego Gubertinus q. D. Bernardini de Burgo Sancti Thome de Tar-
visio publicus imperiali auctoritate premissis omnibus, et singulis
dum

Dum sic, ut premittitur per supradictos. D. Episcopum et vassallos agerentur, et fierent una cum prenotatis testibus presens fui, eaque omnia, et singula scripsi, et in hanc publicam formam redegi, meque signo consueto signavi per prefatum D. Episcopum rogatus, et requisitus in testimonium omnium premissorum.

Da libro d'antico carattere coperto di carta pecora intitolato = Sententie pheudales esistente nel nostro Archivio di Castello Porpetto pagina 37

Cast.o di Porpetto 6 gennaro 1617. Frangipane

ie
con
lo
am
ro
e
w cd
la
rew
ra
Ms
Gui
rc
ir

1353 20. Giugno Nicolò Pat: in Parlamento; sul recarsi presso l'Imp. a Padova, sul diritto d'esiger gravami, sulla punizione degli uccisori del Pat: Bertrando 

In Christi nomine amen Anno nativitatis ejusdem 1353., indictione sexta die 20 mensis junii in Palatio Patriarcali Utini, convocato, et congregato colloquio generali Prelatorum, Nobilium, et comunitatum Fori-Julii coram Reverendissimo in Christo Patre Domino Domino Nicolao Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarca, in quo quidem colloquio interfuere Reverendus in Christo Pater D. Frater Petrus Dei gratia Episcopus Concordiensis. Venerabiles Viri Domini Fratres. Olivertus Sancti Prosperi de Reggio, Michael Sextensis, Baiardus Rosacensis, et Guido Mosacensis Monasteriorum Abbates, Sanctinus Prepositus Ecclesie Sancti Petri de Carnea; Mattheus de Padua, Gulelmus S

Canonicus Aquilegenses, Nicolaus de Reggio, et Ma=
theus de Morutio Canonici Civitatenses; Nobiles
Viri Domini Bernardus de Cucanea, Nicola=
us de la Frattina milites, Guielmus, et Gue=
zelletus de Prata, et Nicolaus de Purciliis, Cy=
nus de Castelione, Iustinianus de Tridento legum
doctor Gualterus Bertoldus de Spegnembergo, Hari=
cus et Federicus de Morutio, Ricardus de Collore=
to Gerardus et Symon de Polcenico, Simon de Cuca=
nea Rizzardus de Tricano, Castronus, Franciscul=
lus, Petrus, Paganus, et Folcherius de Savorgnano,
Saluinus et Nicolaus de Prampergo, Benzanea
de Sbroiavacca Bertoldus et Thadeus de Manzano,
Nicolussius, et Mainardus de Vilalta Deeomanus de
Pers, Simon et Joannutus de Sancto Daniele, Andre=
as de Attems, Guielmus Vicecomes Potestas Aquileje,

Enricus de Cremona Gastaldio Civitatis Stefa-
nus qm. Vergilii, Paulus et Hernestus de Civi-
tate Austrie, Magister Franciscus de Utino Do-
tor Gramatice, Nicolussius Martii, Leonardus
Marcolonianus, Nicolaus de Panigaleis, Panta-
leonus de Portugruario, Leo de la Turre ha-
bitator Montisfalconi, Martinus de Luca Gas-
taldio Sancti Viti, Benvenutus de Sacilo Bu-
cinus de Budrio, Federicus de Zaganea, Durin-
gus de Ness, Guicelo de Cavoriaco, Petrus de Car-
nea, Nicolaus de Flagonea, Joanne de .....
Jacobus de Glemona, Pagrionus et Stefanus
de Marano, Volfradinus de Maniaco, et quam-
plures alii Nobiles, et populares Terre Fori
Julii. Memoratus Dominus Patriarcha proposuit
qualiter quidem transmiserat pro negotio Epi-

lejensis Ecclesię ad Serenissimum Principem Domi=
num, et Dominum fratrem suum Carolum Dei
gratia Romanorum, et Boemie Regem ambassa=
tores suos, et quod per ipsos idem Dominus
Rex sibi mandavit nuper, quod ad ipsum ad
colloquium, quod die dominice proxime ad octo
dies habituros et in Patavio cum Domino Re=
ge Ungarie, Duce Austrie, Marchione Brande=
burgensi, et cum pluribus aliis principibus, et Baro=
nibus personaliter adire debeat; et quod volens ejus
mandatis ire intendebat ad eundem Domi=
num Romanorum Regem, et secum ducere
aliquos de Prelatis, Nobilibus fidelibus suis Forо=
Julii, addens quod si quod posset apud dictum
Dominum Regem facere pro aliquo ex pre=
dictis ejus fidelibus, deberent ei dicere, quia li=

benter pro eis faceret quidquid vellet, et cum in hac patria ad ejus gubernationem et regimen dimitte- ret Nobiles et prudentes Viros Dominum Gerardum de Cucanea, Nicolusium, Bartolomeum, et Jacobum Malapresa de Pucea Histrie Marchionem in tem- poralibus, et Venerabilem Virum Fratrem Alber- tum Abbatem Monasterii Sancti Prosperi de Regio e- jus Vicarium in spiritualibus usque ad ejus reditum
in predicto, mandavit omnibus ejus subditis tam in dicto Colloquio
a Colloquio, quam alibi constitutis quatenus e- isdem Dominis Dominis Gerardo, Nicolusio, et Jacobo in temporalibus et dicto Domino Alber- to Sancti Prosperi in Spiritualibus in omnibus et per omnia tamquam sibi deberent fideliter obbedire, quod quorum Castra, et loca diligenter interim custodire curent et vel taliter ea habe- re, quod cum redierit ipsos de fideli obbedientia

et bene actis suis possit merito commendare, et uti dicti Rectores Gubernatores melius et salubrius se habere valeant in agendis petiit ipse Colloquium dictum seu Consiliarios ibi(?) con:dos, vel alios qui huiusque fuerint Consiliarii si remanebunt Consiliarii, elegi sex Consiliarios providos et discretos, qui assistant cum expedierit Rectoribus, et Gubernatoribus in regimine antedicto in omnibus peragendis statum predicte patrie tangentibus, quibus potestas totius Colloquii sive Consilii tribuatur ita quod iidem Gubernatores una cum ipsis sex fecerint, vim habeant totius Colloquii generalis.

Item mandavit et districte precepit, quod Bladum de Foro Julio nullatenus extrahatur

sub pena vel super hoc ordinata, et omni a=
lia pena quam exigerent, seu imponere vel=
lent, alioquin si scire poterit, quod faciant
contrarium, eos acriter punire non ommit=
tet.

Item quia aliqui forsitan admirantur de tam gra=
vi iustitia, que facta fuit de his, qui ma=
num injecerunt in personam et necem e=
gregie memorie Domini Patriarche Ber=
trandi Predecessoris sui dixit quod non de=
bent admirari, quia et ipsi magnam injusti=
tiam, crudelitatem et proditionem commi=
serunt Dominum suum naturalem, et
proprium totaliter occidendo, propter quod
digne receperunt mercedem suam. Dixit
etiam quod de hoc nullus timere vel dubi=

ra

re debeat, quia de inreditis commissis re-
cordare nolebat, dumodo sibi in futuris ex-
cessibus committendis, et offensionibus irre-
caverent. Quibus receptis omnibus de col-
loquio supra regratiati fuerunt, quanto po-
tuerunt dicto Domino Patriarche de premis-
sis Cum propositis, et oblatis afferentes,
quod omnia, et singula super eis placebant,
et volebant iuxta, et in quantum ad eos spec-
tabat, fideliter adimplere, et observare et noti
modum tradentes se ad partem more solito
eligerunt Consiliarios infrascriptos, videlicet:
pro Prelatis Venerabiles Viros Dominos Do-
minos Fratrem Balardum Abbatem Mona-
sterii Rosacensis, et Guidonum . . . . .
. . . Canonicum Aquilegensem: Item pro Libe-
ris

ris Dominum Henricum de Strasoldo,
et Nicolusium de Villalta. Item pro
Ministerialibus Nicolusium de la Frat-
tina militem; Galvanum de Maniaco,
Ricardum de Colloreto, Bertoldum de Spe-
gnemberg, Joannem de Toscano qualiter
- Bertoldum de Pers. Volrinum de Bram-
bergo, et Conum de Pertenstayn. Item
pro Communitatibus Aquilegie Guidonem
Puolcij: item pro Communitate, Utini
Castrorum de Savorgnano. item pro Com-
munitate civitatis Austrie Federicum Ramao-
num; item pro Communitate Glemone
Magistrum Jacobum de Glemona Sureperi-
tum: Committentes eis omnibus predicti col-
loquii potestatem ita quod quidquid consule-
rint

rint, fecerint, et ordinaverint, vim et vigorem habeat totius Collogeii generalis, et quemadmodum juxta . . . . . . . . . . Domini Patriarche ante dicti elegerunt sex Consiliarios infrascriptos, videlicet. Dominum Abbatem Rosacensem, Henricum de Strasoldo, Federicum de Moruzio, Nicardum de Colloreto, Castronum de Savorgnano, Nicolussium Cuponum de Civitate Austrie, predictos, quos deputaverunt gubernatoribus predictis ut eis consulant, et assistant in consulendo super agendis in regimine antedicto quibus tradidere plenariam potestatem Colloquii antedicti, ita quod quidquid decreverint, et ordinaverint cum ipsis Rectoribus vim, et vigorem habeat totius Colloquii generalis &c.

Suprascriptum Colloquium ex notis qm. Gubertini

de Novate ego Martius Merula Doctor, at-
que publicus Imperiali auctoritate Nota-
rius cum signo, ac nomine meis appositis
consuetis in fidem et testimonium praemis-
sorum extraxi ex libro corio nigro cooper-
to, cui in medio ab extra modicum cartae ap-
fixae jacet

Suprascriptum Colloquium ex processu existente penes
Nob. Dom. Comitem Antonium Orsinum de Cucanea
ego Joannes Dominicus Lampij extraxi.
Ex autenticis cum sua legalitate: ita est: Marcialis
P. V. a. S.

Tratta dalla Raccolta di carte fat-
ta per opera di Ettore qm Delaino di
Brazzacco, e Cergneo esistente presso il
Sig. Conte Delaino, e fratelli di

Brazzacco Tomo quinto pag. 5. tergo
Cav.° di Porpetto 25. marzo 1816.

[illegible]
Frangipane

Reverendissimi in Christo Patris Beati Bertrandi Sancte Sedis Aqui-
legensis dignissimi Patriarche translatio cum summa honoris di-
gnitate summaque reverentia, et veneratione omnimoda, cum co-
piosissima populorum multitudine assistente Reverendissimo in
Christo Patre, et domino, domino Nicolao Dei gratia Sancte Se-
dis Aquilegensis felicissimo Patriarcha, utriusque Fori Julij
gloriosissimo Monarcha; nec non presentibus venerabilibus viris
dominis Episcopo Emonensi, et Abbate Sancti Truzpani, et Abbate
Sextensi, et Abbate Mosacensi, et aliis multis Prelatis Canonicis,
et Clericis, sapientia, et probitate decoris, celebrata fuit anno
Domini Millessimo trecentesimo quinquagesimo tertio indictio-
ne sexta, sexta die Julij in ultima in Majori Ecclesia Sancte
Marie, in qua eadem die, Deo operante, et suprascripti Beati
Bertrandi meritis, evidentissime claruerunt, et facte sunt
viginti quatuor miracula pulcherrima, quorum nullum fuit
aliqua scriptura notatum, nec per scripturam ad perpetuam
memoriam commendatum, nimia et immensa gentium pres-
sura impediente.

Ex Codice Manuscripto Bibliothece Guarne-
riane Sancti Danielis extra signato: Diplomatum
MSS. Tom. XV. in fol. pag. 124. que quidem
ex codice supra laudato excepit olim Justus Fonta-
ninus Archiepiscopus Ancyranus manu propria.

---

In Christi Nomine. Hoc est transcriptum cujusdem littere signate
vero sigillo venerabilis Eberhardi Prepositi, et Archidiaconi
ecclesie Salzburgensis in quo quidem sigillo sculpta erat, seu
videbatur imago cujusdam Presulis, littere vero sculpte cir-
ca dictum sigillum legebatur in hunc modum: Sigillum Ebe-

rhar.

rhardi Dei gratia prepositi, et Archidiaconi Ecclesię Salsbur
gensis, cujus quidem littere talis est erat. Reverendo in Christo
Patri, et Domino suo gratiosissimo Domino Nicolao Sancte Sedis
Aquilegensis Patriarchę suus devotus Eberhardus Prepositus
Archidiaconus Ecclesię Salsburgensis cum orationibus reve
rentiam debitam, et condignam vestre Paternitatis gratiam
per Reverendum in Christum Patrem, et Dominum Dominum
Johannem Episcopum Veronensem transmittimus munus lamenta
bile, et tamen, ut credimus cordi vestro desiderabile, gladium
per quem Reverendus Pater, et Dominus Dominus Bertran
dus felicis recordationis, qui Predecessor vester et Patriar
cha Aquilegensis fuit, proh dolor! interemptus. Fidem vero
certitudinis ejusdem gladii sic recepimus: quod Dominus
Meynardus Comes Goritię donavit eum eidem Nobili Eccle
sie Salsburgensis dicto Goldekkario suo consanguineo, ille
vero Nobis, pro magno munere petitum, donavit. Nos
autem tamquam munus gratiosissimum, ut premissum est
vobis duximus destinandum, petentes quecumque prefatus
Dominus vobis ex parte nostri detulerit, aurem credulam,
apertio et benevolam receptatis. Datum Salsburgi II. nonas
Augusti.
Ego Paulus filius Domini Joannis de Caspis de Bononia Utini per
manens publicus Imperiali auctoritate Notarius predictam
litteram ex suo originali scripto in carta bombicis de ver
bo ad verbum transcripsi, et exemplavi, presensque tran
scriptum cum suo originali concordare reperi, me sub
scripsi sub anno Domini Millesimo trecentesimo quinqua
... tre gesimo sexto Indictione nona die decima quinta mensis
septembris Utini in Ecclesia Sanctę Marię majoris de Utino,
in

in qua Corpus piæ memoriæ, olim dicti Reverendi Patriarchæ Aquilegensis jacet, presentibus Venerabili viro Presbytero Zanetto Canonico dictæ Ecclesiæ Utini, Presbytero Francisco q.m Johannis de Pulcinico Beneficiato in eadem Ecclesia, et Petro Clerico q.m Dominici de Flambro inferiori, et aliis una cum me Paulo vocato et rogato

Et Ego Antonius filius q.m Dominici Franceschini de Leonardis de Pregio Utini habitans publicus Imperiali auctoritate Notarius, omnia quæ in hoc quaderno sunt scripta, fideliter scripsi et exemplavi prout in alio quaderno mihi dato a Venerabili viro Ser Zanetto Canonico Utinensi, olim Capellano Beati Bertrandi, inveni, nil addens, vel minuens, quia a prædicto Domino Zanetto rogatus fui

Ex eodem Codice Bibliothecæ Guarnerianæ, ut supra.

---

Ex veteri Prebendario 1356

pag. 1.

Infrascriptus est Rotulus Prebendarum omnium Canonicorum, nec non omnium affictuum, livellorum, et redditum pertinentium ad Caniparn Capituli Utinensis, tam anniversariorum, quam aliorum quarumcumque

pag. 4.to

Octava Prebenda est Domini Zanetti de Tolosa, quæ habet affictus infrascriptos in Sancto Odolrico

pag. 6.

Infrascripti sunt affictus, quos occupabat Archidiaconus, de quibus debent fieri quatuor portiones æquales, quæ assignantur quatuor Canonicis novis, scilicet quos Beatus Bertrandus creavit de novo pro ipsorum Prebenda extrinseca, videlicet Domini Raymundo de Padua una, secunda Guidoni Johanni de Rozio, tertia Nicolao de Savardenchis, et quarta

tibao

cisco nato Domini Gabrielis de Cremona. Alia pars, seu alia medietas affictuum infrascriptorum poni debet in Caniva Capituli, et debeat dividi inter illos, qui interrunt horis Canonicis, scilicet Matutino, et Missa Conventuali secundum ordinationem Beati Bertrandi Patriarchę predicti, qui affictus predictus reduxit ad Ecclesiam istam, qui etiam fuit principalis auctor et promotor dicti Capituli, et Ecclesię.

pag. 9.

Infrascripti sunt affictus mansi de Porta Aquilegię, de quo debet fieri panis in Quadragesima, qui datur illis qui interrunt divinis officiis, videlicet quicumque interfuerit Matutino, Missę, et Vesperis per singula illarum horarum habet unam libram panis, et pro singulis omnibus aliis horis habebat mediam libram. De pecunia vero dicti mansi fieri debent duodecim festa, et pro qualibet festo dividi debet media Marca inter presentes scilicet Nativitatis Domini, circumcisio Domini, Epiphania Domini, Purificatio Sanctę Marię, Annunciatio Sanctę Marię, Resurectio Domini, Ascensio Domini Pentecostes, Corpus Domini Christi, Nativitas Sancti Johannis Baptistę, assumptio Sanctę Marię et omnium Sanctorum, et si plura possunt fieri fiant ut superest Pecunia. Et sic ordinavit Beatus Bertrandus de affictus infrascriptis, quando dictum Mansum donavit Capitulo. Affictus sunt hi: etc.

---

In Christi Nomine Amen. Noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi quod Reverendus in Christo Pater, et Dominus Dominus Nicolaus dei gratia Sanctę Sedis Aquilegensis Patriarcha intendens ad statum, et reformationem Collegiatę Ecclesię Sanctę Marię de Utino Aquilegensis Diecesis, quam ejus predecessor in Collegiatam erexit,

et

et eidem univit Preposituram Ecclesie Sancti Odorici juxta Tulmentum dicta Dioecesis, extincto nomine Custodis, qui ipsi Ecclesie Sancte Marie de Utino preerat, ita quod eadem Ecclesia sub decani nomine gubernatur, quodque prepositus Ecclesie Sancti Odorici Decanus Utinensis de cetero nominetur, et Canonici dicte Ecclesie Sancti Odorici sint Canonici Ecclesie Sancte Marie de Utino prout hec et alia continentur publicis, et legitimis documentis.

Et cupiens dictus Dominus Patriarcha sublato de medio bone memorie Domino Francisco della Turre olim Preposito dicte Ecclesie Sancti Odorici, juxta ordinationem ejusdem Beati Bertrandi, et ad requisitionem, et preces venerabilium virorum Domini decani, et Capituli dicte Sancte Marie de Utino, Prebendas que erant in Ecclesia Sancti Odorici cum Prebendis dicte Utinensis Ecclesie adequari, et non valens propter arduas et notorias ipsius, et sue Ecclesie occupationes predictis intendere, venerabili viro Domino Benvenuto decano Ecclesie Sancte Marie de Civitate Austrie predicte Dioecesis suo in spiritualibus et temporalibus Vicario Generali decretorum Doctori, adequationem dictarum Prebendarum commisit, prout de Comissione hujusmodi constat Publico Instrumento facto manu mei sub scripti Notarii cujus tenor talis est:

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo octavo Indictione undecima die decima septima Mensis Aprilis, presentibus venerabilibus in Christo Patribus et dominis Fratre Petro Concordiensi, Joanne Spoletano, Jacobo Feltrensi, et Bellunensi, Joanne Emonensi, Bartholomeo Caprulano, et Marcolino Jasconensi Episcopis, Fratre Michaele Abbate sexterni, et aliis. Cum Beate recordationis dominus Bertrandus Patriarcha Aquilegensis Sedis Apostolice qua fungeba:

gebatur, quam ordinaria authoritate, Matricem Ecclesiam fun
sub vocabulo Sancti Dorici nominatam de Utino Aquilegensis
Diocesis, et nunc sub vocabulo Gloriose Virginis Marie nuncu-
patam decreravit Collegiatam esse deinceps, ipsique collegiate
Sancte Marie de Utino Preposituram Ecclesie Sancti Dorici ju-
xta Sulmentum dicte Diocesis, cum omnibus suis juris, et perti-
nentiis annexerit, et univerit, volens, et ordinans, quod di-
cta Collegiata Ecclesia Sancte Marie de Utino, que tunc per
Custodem regebatur, extinto Custodis nomine per Decanum
regeretur de cetero, et quod Prepositus Ecclesie Sancti
Dorici juxta Sulmentum, qui tunc erat mutato nomine
Prepositi, Decanus supradicte Ecclesie Utinensis de cetero
nominetur, et quod Canonici ejusdem Ecclesie Sancti Dorici
juxta Sulmentum cedentibus vel decedentibus eorum preben-
de in dictam Ecclesiam Utinensem perveniant, et eorum suc-
cessoribus assignentur, prius tamen eisdem Prebendis ade-
quatis cum Prebendis, que erant antea in dicta Ecclesia
Utinensi prout hec, et alia continentur in privilegio facto,
et concesso per supradictum Beatum Bertrandum Patriar-
cham, ejus sigillo pendente munito, ac scripto, et in publi-
cam formam redacto manu Petri Joannis de Bacono Clario
Jerosisini Publicus Apostolica, et Imperiali auctoritate No-
tarius sub anno Domini Millesimo Trecentesimo Trigesimo
quinto, Indictione quinta, die vigesima quartia mensis De-
cembris a me subscripto Notario viso, et lecto. Nunc
vero, Bone memorie Domino Francisco della Torre olim
dicte Ecclesie Sancti Dorici Preposito de medio sublato
Reverendus Pater, et Dominus Dominus Nicolaus Dei
gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarcha, cupiens ordi-
nata, et statuta prudenter per ipsius Predecessorem

Decreit

feliciter consumari, et non valens pro nunc cum propter personę proprię impedimentum tum etiam variis, et arduis occupatus negotiis personaliter dare ordinem in premissis, confidens de circumspecta, et occulta prudentia venerabilis viri Domini Benvenuti de Utino Decani Ecclesię Sanctę Marię Civitatis Austrię dictę Diocesis Decretorum Doctoris, ac ejusdem Domini Patriarchę Nicolai in spiritualibus, et temporalibus Vicarii Generalis eidem Domino Benvenuto, ut auctoritate ipsius Domini Patriarchę Prebendas hujusmodi adequare deberet juxta tenorem, modum, et formam qui in dicto annexionis et unionis hujusmodi continetur Privilegio, commisit specialiter, ac mandavit et sibi in hoc omnimode tradidit vices suas. Actum in Burgo Utini de Glemona apud fenestram dicti Burgi; Ego Pantus quondam Magistri Joannis de Mutina Sacrę imperiali Aulę Notarius Publicus, et predicti Domini Patriarchę, ejusque Curię officialis, et scriba predictis interfui, et rogatus scripsi, et publicavi.

Qui quidem Dominus Benvenutus Commissarius volens mandatum sibi injunctum cum maturitate, et deliberatione plena exequi et complere, primo Edictum fieri jussit, et hujusmodi Edicti litteras affigi in foribus Ecclesię Utinensis, quarum litterarum tenor talis est. Benvenutus de Utino Decanus Civitatensis Decretorum Doctor Reverendi in Christo Patris, et Domini Domini Nicolai Dei gratia Sanctę Sedis Aquilegensis Patriarchę in Spiritualibus Vicarius Generalibus Dilectis nobis universis, et singulis Canonicis Prebendatis in Ecclesia Sanctę Marię Majoris de Utino salutem in Domino.

Ad vestram notitiam deducimus per presentes quod quidem Reverendissimus in Christo Pater, et Dominus noster Patriarcha

Prę

prefatus per quoddam publicum instrumentum scriptum manu discreti viri Pauli q.m Magistri Joannis de Mutina Notarii publici, ac ipsius Domini nostri Patriarche officialis et scribe nobis commisit specialiter, et mandavit, quod omnes Prebendas prefate Ecclesie Utinensis juxta formam, et tenorem cujusdam Privilegii facti, et concessi per Beate recordationis Domini Bertrandi Patriarche Aquilegensis adequaremus, omniaque, et singula in ipso Privilegio contenta executioni debita mandaremus. Prout hec, et alia in ipso instrumento plenius continetur.

Quapropter volentes mandatum ipsius Domini nostri Patriarche exequi ut debitatis vos universos, et singulos Canonicos Prebendatos in prefata Ecclesia Utinensi tenore presentium monemus

Requirimus, et citamus quatenus octava die ab affixione in foribus ipsius Ecclesie facta presenti computanda coram nobis per vos, et Procuratores vestros comparere curetis, visuri per nos dictas Prebendas adequari, et cetera que in ipso Privilegio continetur executioni mandari. Alioquin ad adequationem dictarum Prebendarum, et ad executionem obstante. Has autem litteras nostri sigilli vicariatus impressione munitas ad cautelam fecimus registrari, de quarum affixione relationi latoris earum nostri jurati Nuncii dabimus plenam fidem. Datum Utini die quinta mensis Maji Indictione undecima. Anno Dominice Nativitatis Millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo. Die quoque date earundem litterarum ipsius publicis affixionibus in foribus dicte Ecclesie Utinensi.

Idem Dominus Benvenutus Commissarius volens, ut cum diligenti maturitate, et majori deliberatione ad hujusmodi Prebendarum adequationem procedere possit, et bonis, et redditibus dictarum Ecclesiarum seriosius perscrutari, quatuor Canonicos

nicos de Gemio dicte Ecclesie Utinensis assumpsit cum voluntate, et assensu dictorum Dominorum Decani et Capituli Ecclesie Utinensis, videlicet Dominus Magistrum Petrum de Regio, Presbyterum Nicolaum de Sancto Stephano, Simone de Marano, et Franciscum Dominum Melliorancie, quibus injunxit sub debito juramenti ut examinatis, et diligenter perscrutatis bonis, et redditibus antedictis, ea, et eos per sortes equales dividerent, solum Deum, et justitiam habentes prae oculis, super quibus ipse Dominus Benvenutus eorundem assumptionem conscientiam oneravit. Adveniet itaque die termini, ad quem iidem Canonici Prebendati citati fuerunt, comparuerunt coram eodem Domino Benvenuto Commissario venerabiles Viri Domini Andreas de Risano Decanus, Raymundus de Caona Vicedecanus suo, et Procuratorio nomine Domini Guillelmi de Cremona, Meliorantia de Zyanis, Vivianus de Tolesnico suo, et Procuratorio Nomine Jacobi de Roma, Simon de Marano suo, et Procuratorio nomine, Joannis de Tolesnico, Joannes Lucie de Ronchis Guidus, Joannes, et Magister Petrus de Regio Nicolaus de Sancto Stephano Franciscus Domini Meliorantie, Joannes de Parma, Gabriel de Cremona, et Ego Paulus Notarius infrascriptus Procurator Domini Theobaldi de Lenburch cum plures non sint Canonici in dicta Ecclesia Utinensi excepto Domino Tojano della Turre Canonico dicte Ecclesie, qui citatus fuerat specialiter per dictum Dominum Commissarium ad praedicta non comparente, eidem Domino Comissario sortes, quas dicti quatuor assumpti fecerunt ad hoc specialiter deputati quibus peractis assumpti fuerant ad hoc specialiter deputati, quibus peractis dictus Domi-

nus

rus commissarius sortes cum proborum Virorum maturita te examinans supradictas, et inveniens equaliter ipsas fore factas invocato Christi Nomine cum voluntate predictorum Dominorum Decani, Canonicorum, et Capituli, ac Procuratorum absentium ipsique instantibus et petentibus Prebendas adequavit predictas, auctoritate sibi tradita, et commissa, et eisdem Domini singulis sortes ipsas, seu ipsorum singulos contingentes dedit, tradidit, et assignavit, prout inferius continetur, quas singuli predictorum Dominorum receperunt de sua quibus eorum contenti, dictam adequationem acceptantes, et approbantes concorditer, et communiter nemine discrepantes.

Sortes vero taliter sunt distincte

Prebenda Domini Decani habet in Sancto Dorico unum Mansum

Omissis

Prebenda Domini Meliorantis de Ygenis habet in Lovaria

Omissis

Prebenda Domini Simonis de Marano de Parma in Paderno

Omissis

Prebenda Domini Viviani de Fulcinico habet in Sancto Dorico

Omissis

Prebenda Domini Francisci Nepotis Domini Meliorantis in S.to Dorico

Omissis

Prebenda Domini Jacobi de Roma habet in Vitano

Omissis

Prebenda Domini Johannis de Parma habet in Bassadello

Omissis

Prebenda Domini Guilielmi de Cremona habet in Sarenzano

Omissis

Prebenda Domini Joannis de Fulcinico habet in S.to Dorico

Omis.

Omissis

Prebenda domini Zagani della Turre habet in Sancto Odorico

Omissis

Prebenda domini Zaneti de Tolosa habet in Sancto Odorico

Omissis

Prebenda magistri Petri de Regio habet in Sancto Odorico

Omissis

Prebenda domini Thobaldi de Luemburgo habet in Flaibano

Omissis

Prebenda domini Raymundi de Taona habet in Lovaria

Omissis

Prebenda domini Guidonis Joannis de Regio habet in Terzello.

Omissis.

Prebenda domini Nicolai de Sancto Stephano habet in Bicinis

Omissis

Prebenda domini Gabrielis de Cremona habet in Passeriano.

Omissis.

Acta sunt hec in domo habitationis dicti domini Benvenuti Comissarii Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, die quarta decima mensis maii jndictione undecima. Presentibus honorabilibus dominis Tristano de Savorgnano Thesaurario Aquilegensi, Guidone de Ravaris Preposito Concordiensi, Elia de Utino legum doctore, Nicolao Flabano Torpetti et aliis pluribus

1358. 14. May

Ego Paulus q.m Magistri Joannis de Mutina sacre imperialis Aule Notarius publicus predicte adequationi, et aliis interfui, et de mandato domini Comissarii scripsi, et publicavi rogatus.

---

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem millesi-

mo

mo quadringentesimo octuagesimo quinto Indictione octa-
va die Dominico decimo nono instantis Martii. Actum
Utini in Camera cubiculari Domorum habitationis infrascripti
Testatoris presentibus honestis viris Presbiteris Nicolussio
q. Dominici de Utino Plebano Tarcenti, Gregorio q. Bla-
sii de Utino, Canonico Sancti Felicis Aquilegensis, Nicolao
q. Gregorii de Utino, Canonico Utinensi Joanne q. Andree
Septimanario in Ecclesia Utinensi, Major de Utino, Nobili
viro Domino Bernardo q. Domini Osalchi de Strassoldo
Valentino q. Henrici de Valentinis de Utino, Valentino
Notario q. Raynoldi dicti Truffa de Camino Utini ha-
bitante, et Joanne Sartore q. Ser Antonii de Macellis
Utini habitante Testibus et aliis pluribus vocatis, et
rogatis ab infrascripto Testatore. Nobilis et vir pru-
dens Dominus Paulus de Gubertinis de Utino sanus per
Dei gratiam mente, et sensu licet corpore languens mor-
tis eventum dubitans suarum rerum, et bonorum omnium
dispositionem per presens nuncupativum Testamentum
sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In
primis quidem animam suam Deo Altissimo recomittens,
sepulturam sui corporis elegit, et esse voluit in magna
curia Ecclesie Sancte Marie Majoris de Utino ante Ar-
cam Bone memorie Beati Bertrandi Patriarche Aqui-
legensis, et apud locum ubi Corpus Domini Nostri Je-
su Christi reserveter

Omissis

Ego Martinus q. Thomasini Notarii de Utino publicus Impe-
riali auctoritate Notarius predictis omnibus et singulis
interfui, et rogatus fui subscripsi.

---

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Sedes Aposto-
lica benigna Mater, et salutis animarum Christifideli-

um

un Cedula procuratrix ad ea libenter intendit per quę
pia fidelium vota impleri valeant, ipsique fideles ve-
niam, et misericordiam consequantur. Sane dudum felicis re-
cordationis Urbanus Papa VI. Prędecessor noster ex certis
rationabilibus causis ad id suum inducentibus animum de Fratrum
suorum consilio, de quorum numero tunc eramus, et Apostolicę
potestatis plenitudine statuit, ut universi Christifideles vere
pęnitentes, et confessi, qui in Anno a Nativitate Domini
nostri Jesu Christi Millesimo trecentesimo nonagesimo proxime
preterito, tum futuro, et deinceps perpetuis futuris tempo-
ribus de triginta tribus annis in triginta tres annos Bea-
torum Apostolorum Petri, et Pauli Basilicas, et Lateranę,
et Sanctę Marię Majoris Ecclesias de Urbe causa devotionis
personaliter visitarent, plenissimam omnium peccatorum
suorum veniam, et misericordiam consequerentur. Ita
quod quicumque vellet hujusmodi indulgentiam assequi si
Romanus, ad minus triginta continuis et interpolatis se-
mel saltem in die, si vero peregrinus aut forensis exi-
steret modo simili quindecim diebus ad easdem Basilicas
et Ecclesias accedere teneretur, prout in dicti Prędeces-
soris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem
sicut accepimus multę personę tam Ecclesiasticę, quam se-
culares Terrę Utini Aquilegensis Diocesis et partium
circumstantium dicto anno ad eandem Urbem pro assequen-
do indulgentiam hujusmodi libenter venissent, sed variis
occasionibus impedita non potuerint id perficere quod op-
tabant. Nos more pii Patris votis tam hujusmodi, quam
devotis desideriis aliarum personarum Terrę, et Diocesis,
ac partium prędictarum providere salubriter cupientes,
attendentes etiam quod in ceteras Ecclesias Aquilegensis Dio-
cesis Collegiata Ecclesia Sanctę Marię de Utino dictę Dioce-

sis

sis venerabilis ac celebris habetur, et ex devotione Populi augmentatur, et dilatatur, in qua dicitur esse una ex Spinis Coronæ Domini Nostri Jesu Christi, ac Corpus recolendæ memoriæ Bertrandi Patriarchæ Aquilegensis multis sub miraculis decoratur, aliquæ Sanctorum aliorum quamplurium Martyrum, et Confessorum, atque Virginum venerabiles Reliquiæ cum devota solemnitate conservantur, hujusmodi personis Terræ, et Diœcesis, ac partium circumstantium partium prædictarum usque ad quatuor dietas legales a fine dictæ Diœcesis computandas, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, et Confessor quem ex viginti Presbiteris Secularibus, vel regularibus, quos dilecti filii Capitulum Utinense, et Pelegrinus fructuum, et proventuum Cameræ Apostolicæ in illis partibus debitorum Collector, seu ejus ibidem succollector ad hoc in dicta Utinensi Ecclesia duxerit deputandos: super quo quidem viginti Presbyterorum, aut majoris, aut minoris eorum numeri, prout dictis Capitulo, Collectori vel subcollectori plenam habere noterit concedimus facultatem quælibet personarum earum duxerint eligendum, quibus etiam Presbyteris, et eorum cuilibet eam quam minores Pœnitentiarii nostri Romanam Curiam sequentes, ab Apostolica Sede habent, durante termino infrascripto duntaxat concedimus potestatem dictis personis, et earum cuilibet vere pœnitentibus, et confessis eadem auctoritate concedere valeat, quod ipsæ personæ vere pœnitentes, et confessæ, ut præfertur, dictam majorem, et sancti Petri de Bertoldia, et Sancti Joannis de Platea, nec non Sancti Christophori Ecclesias de Utino ad minus decem diebus continuis, vel interpolatis semel saltem in die Festo Nativitatis Domini Nostri prædicti proxime futuro, usque ad Festum

Res

Resurectionis ejusdem Domini Nostri Jesu Christi ad tunc proxime secuturum inclusive visitando, illis videlicet ex dictis personis, quae comode poterunt, quae vero propter senectutem, vel adversam valetudinem, seu Religionis honestatem, aut aliud impedimentum legitimum visitationem hujusmodi decenter, et commode facere nequiverint, loco visitationis ipsius, alia pietatis opera faciendo, aut orationes vel psalteria dicendo seu aliam personam locus sui, quae dictam visitationem pro ipsis faciat, destinando prout dictus Confessor, qui etiam ad ipsas personas taliter impeditas causas earum confessionem audiendi, et hujusmodi indulgentiam eis concedendi, ac praemissa omnia, et singula facienda accedere possit, eis taliter impeditis duxerit injungendum, perinde hujusmodi indulgentiam plenissimam consequantur, et quelibet earum consequatur, ac si infra annum hujusmodi praedictum praedecessorem deputatum, ut praefertur ad ipsam Urbem propterea personaliter venisset, sic tamen, quod labore personali, quam personae hujusmodi passae fuissent si ad ipsam Urbem dicto Anno personaliter venissent, et Basilicas, ac Ecclesias urbis praedictas propterea visitassent, ut praefertur juxta arbitrium confessoris ejusdem in alia pietatis opera commutato, expensas quas hujusmodi personae in itinere ad ipsam Urbem veniendi et in ea morandi ac ab eo ad propria redeundi secundum sui condecentiam facturae, et oblationes quas Basilicis, et Ecclesiis Urbis praedictis, si ad illas dicta de causa personaliter venissent, donaturae fuissent, super uno

De

de altaribus Majoris ecclesie predicte, quod Capitulum, et Collector, seu subcollector predicti ad id deputaverint, aliis idoneae et fideli persone per ipsos Capitulum et Collectorem, seu subcolectorem ad hoc deputande, qui hujusmodi expensas arbitrio suo prout sibi secundum condecentiam personarum hujusmodi videbitur faciendum, moderate taxaret, et pauperibus et Religiosis personis hujusmodi expensas solvere non valentibus in totum, et in parte remittere valeat, super quibus ipsarum personarum, et persone deputande hujusmodi conscientias oneramus assignare fideliter teneantur. Volumus autem quod medietas omnium, et singulorum, que propterea fuerint assignata, in fabrica paramentis, libris, et aliis ornamentis ipsius Majoris ecclesie, quibus, ut percepimus, maxime indiget, integre et fideliter convertatur: reliqua vero medietas per dictos Capitulum, et Collectorem, seu subcollectorem ad dictam urbem in fabricis ecclesiarum, et Basilicarum urbis predictarum convertenda quartotiens fideliter transmittatur, et quod etiam ipsi Capitulum, et Collector, seu subcollector unum in dicta Majori ecclesia et in singulis aliis ecclesiis predictis singulos Alkavistas ad colligendum alias oblationes, quas preter dictas oblationes Basilicarum, et ecclesiarum Urbis predictarum in eisdem Majori, et aliis ecclesiis de Ultino prenominatis per personas predictas fieri contigerit idem Capitulum possit, ac debeat deputare; et quod illas que sic oblata fuerint, non in usum aliquarum personarum, sed in augmentum, et reparationem fabrice, paramentorum, librorum, et aliorum paramentorum Majoris ecclesie de Ultino

predi:

prędictę ad arbitrium dicti Capituli de Utino, prout ad ipsum pertinuerint dumtaxat deócat dispensari, super quibus omnibus, et singulis ipsorum Capituli, et Electoris, ac subelectoris, et Confessorum etiam conscientias oneramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę concessionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Idus Novembris Pontificatus nostri Anno tertio. G. de Portugruario.

Gratis de mandato Domini nostri Papę. G. de Portugruario.

Ex Autograpro existente in Tabulario Capituli Metropolitanę Ecclesię Utinensis.

---

Ex Epistola Antonii Panciera Patriarchę Aquilegensis inscripta, Domino Imperatori, qui prius Rex Ungarię fuit. Data ex Castro Terrę Portus Gruarii die tertia Maij. M·CCCCXI. 4ta Indictione

.............. Nonne Patriarcham Bertrandum Virum sanctissimum, cujus Corpus ob ingentia miracula, quę ostendit Dominus colitur, et summa cum devotione a cunctis Christicolis humiliter veneratur. Civitatenses qui spiritus Rebellionis assumpto se subjugarunt in manibus Magnificorum Dominorum Henrici, et Joannis Maynardi Comitum Goritię cum astuta voce, et fraudulente lingua quę non minus in me est tandem facta pace ficta, acriter interfecerunt... .......

---

Ex libro Censuali Capituli Metropolitani Ecclesię Utinensis extrato circa annum 1420.

Pag.

## Pag. LIII.

Redditus, sive affictus infrascripti sunt pro Aniversario, seu honorantiis sanctę memorię Beati Patriarche Bertrandi: quod fit die VI. Junij. Qui marturizatus est in M·CCCL.

---

Ex Necrologio Capituli Metropolitane Ecclesię Utinensis scripto ante annum 1450.

VI. Junij

Beatus Bertrandus olim Patriarcha Aquilegensis gladiis impiorum occubuit pro defensione Ecclesię Aquilegensis in MCCCL. Cujus Anniversarium fit cum Quartesio, et affictibus Zucchis Muruttis, et cum frumenti star. IX. super bonis de Prato=cluso.

---

Guillelmus Ostiensis, Rodericus Portuensis, Angelus Penestrinus, Oliverius Albanensis Episcopi, Jacobus titulus
1411 a marte Sancti Grisogoni, Marcus Tit. Sancti Marci, Julianus Tit. S. Petri a vincula, Stephanus Tit. S. Adriani, Ausias Tit. S. Vitalis, Johannes Tit. S. Praxedis, Antonius Jacobus Tit. S. Viti, Johannes Baptista Tit. S. Cecilię, Philibertus Tit. S. Lucię in Silice, Presbyter Franciscus S. Eustachij, Franciscus S. Marię Nove, Johannes Michael S. Angeli, Diaconi miseratione divina Sacrosancte Romane Ecclesię Cardinalis. universis, et singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Quum placare credimus, et in cęlis habere propitium, cum fidelium mentes ad pia exercendum Charitatis opera debitis exortationibus incitamus. Cupientes igitur ut Capella Sancti Johannis Baptiste in majori Ecclesia Beate Marię Civitatis de Utino Aquilegensis Diocesis congruis frequenter honoribus, ac in suis structuris et edificiis debite reparetur, et conservetur, librisque, calicibus, et aliis ornamentis Ecclesiasticis decenter munia.

Jam

tur, in ea quoque cultus augmentetur Divinus, et ut ipsi Christifideles libentius devotionis causa confluant ad eandem, et ad reparationem, conservationem et munitionem hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos supplicationibus quoque dilecti nobis in Christo venerabilis viri Bonzani de Bidonariis Canonici Aquilegensis ac prefati Reverendissimi Domini Angeli Cardinalis Sancte Crucis Camerarii, et familiaris continui comensalis super hoc inclinati de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui in diebus Nativitatis, ac Decollationis Sancti Johannis Baptiste, et Purificationis prefate Beate Marie Virginis, nec non Beati Bertrandi Martyris, in qua Ecclesia jacet corpus, et ipsius Capelle dedicationis festivitatibus ac primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive Capellam hujusmodi devote visitaverint annuatim, et ad reparationem, ac alias premissa manus adjutrices porrexerint, ut prefertur. Nos Cardinales prefati, et quilibet nostrum pro singulis diebus festivitatem ipsarum, quibus id fecerint, centum dies de injunctis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus presentibus perpetuo duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem, et testimonium premissorum presentes litteras fieri nostrorumque sigillorum jussimus appensione communiri.

Datum Rome in domibus nostris sub anno a Nativitate Domini

mini Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die vero quarto mensis Martii, Pontificatus Domini Nostri Domini Sixti divina providentia Pape quarti anno sexto.

Ex autographo existente in Archivio magnifica Civitatis Utini

---

Oratio

Jacobi Gordini marianensis Sancte Aquilegensis Ecclesie Archidiaconi et Canonici ad Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Nicolaum Donato eiusdem Sancte Sedis Patriarcham dignissimum habita, Aquilegie die Pontificie Institutionis eius, videlicet die Dominico IV. Idus Octobris MCCCCXCIV.

Nec preterea Bertrandum ausitanum, doctrina, et sanctitate conspicuum, virum per omnia Beatum, quem impii quasi ostiam sacram mactarunt ad aras, miraculis radiantem: ob quod execrabile facinus sicarium posteritas exitio magno obnoxia meritas penas luit &c.

Ex eiusdem tractatu de advocatia

Omissis denique cunctis percurrere libuit tempora Beati Patris nostri Bertrandi, quem impii quasi ostiam sacram crudelissime trucidarunt, et mactaverunt, dum Patriarcha ipse sanctus pulera pro libertate contra illos pugnaret. Venientem enim ex Concilio Provinciali, quod Padue celebraverat gentes Comitis Goritie à Spinimbergo equestre manu impiorum apud Richipveldam viro crudeliter que interfecerunt. Claret miraculis unequaque clarus, atque coruscans memoria sempiterna &c.

Ex

Ex eadem tractatu juxta aliud exemplar

Et quia non est dicendum per singula attingam hoc, vel unum de morte sacrilega, sanguinaria, et nefaria, quam impii aliqui intulerunt Sanctae memoriae Beato Bertrando Patriarchae, cujus Corpus, et Reliquiae in sacra dormitionis ipsius Utini habentur cum claritate miraculorum, et devotione confluentium populorum etc.

1432. Indictione x. die 8. mensis Julii in Sacristia Utinensis Ecclesiae Collegiatae Beatae Mariae, congregato Capitulo ad sonum Campanellae ut moris est, in quo intervenerunt Venerabiles viri Dominus Daniel Decanus, Christoforus de Cavalcantibus, Ludovicus de Marinis, Jacobus Francisci, Antonius de Colloreto, Galussus Caesar de Dandonis, Guarnerius de Artenea, Leonardus de Ragonea, Christoforus de Susannis, Angelus Bono de Verona, omnes Canonici Praebendati Capitulum supradictum facientes, et repraesentantes, cum pro tunc plures commode dicto Capitulo interesse non possunt. Circa ea quae sunt Divini cultus vigilanter intendentes, ac Clericorum mores, et actus in melius reformantes statuendum duxerunt, et primo etc.

Omissis

Item quod claves Beati Bertrandi serventur per tres sacerdotes fide dignos, videlicet una per officialem, reliquae duae per duos Canonicos, ita tamen quod fiat inventarium de figuris argenteis vel aliis donis oblatis in pondere numero, et singulis nominatis, et in capite cujuslibet anni eligantur alii ad officium supradictum quibus resignetur tam posita in inventario quam oblata eorum tempore.

Jnv.

Inventarium rerum repertarum in Sarcophago Beati Bertrandi

Et primo facias argentea Beati Bertrandi unciarum undecim avari ponderis.

Item quinque capita et duo corda argentea unciarum sex boni ponderis

Item immagines virorum, et puerorum viginti septem unciarum et viginta quatuor avari ponderis.

Item due immagines sancti Christophori unciarum quinque.

Item immagines puellarum, et dominarum, cum una Beati Bertrandi unciarum quatuordecim cum dimidia dempto quarto.

Item oculi quindecim unciarum trium cum dimidio minus medio quarto

Item due forme nasorum, octo dentes, una manus media tibia, unus maxillus, sex texilli unciarum quatuor cum dimidia.

Item tres cruces, et unus digitus ponderis unciarum trium cum dimidia minus medio quarto.

Item annulus duo ponderis unius quarti, et omnia suprascripta sunt argentea.

Item annuli aurei septem, unus cum perlis, tres lapidibus, et una agata, uncia unius auri

Item in manibus et digitis Beati Bertrandi annuli viginti.

Acta sunt super Altare maius Ecclesie Beate Marie Utinensis presentibus domino Daniele decano, Jacobo Francisci, Christoforo de Cavalcantibus, Lodovico de Maninis, Galeotto, Bernardo, Guarnerio, Leonardo da Ragnogna omnibus

anno

canonicis dictæ Ecclesiæ, Presbytero Michaele Officiale et Thesaurario Beati Bertrandi 1422. die 2. Decembris.

---

1446. Indictione 9. die 12 Aprilis, inventa fuerunt infrascripta præsentibus Domino Daniele Decano, Domino Jacobo Francisci, Domino Galeazo, Domino Vito, P. Christoforo (?), P. Joanne Ungaro, et aliis testibus.

Et primo facies argentea Beati Bertrandi hunc 6.

Item immagines eorum, et puerorum 24. cum immagine Beati Bertrandi ponderis unc. I. et unius quarti.

Item immagines puellarum 17. unciarum 14

Item de immagines Beati Christofori unciarum 5.

Item oculi 12. unciarum 4. et unius quarti

Item una manus, et unus pes novem dentes, tres taxili, duæ formæ nasorum, unus quadrangulus cum catena, unus pollex, unus maxillus media libra unciarum.

Item 9. annuli auri, et 7. argentei unius unciæ, et quarti.

Item quinque capita, duo corda unciarum 6.

Item tres Cruces argenteæ cum certis argenteis unciarum 5. et quarti I ½.

Summa unciarum argentei, et auri Beati Bertrandi

LIII. $\frac{2}{1}$ et quarti $\frac{2}{1}$.

Da manoscritti del Conte Asquini
nel nostro Archivio
Cas.o di Porpetto 11 Luglio 1822. Frangipane

1354 13. agosto Pietro Vescovo di Concordia consulta la curia dei suoi vassalli sulle vendite fatte dei feudi d'abitanza dipendenti della sua chiesa. 153.

Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, die mercurij tertio decimo mensis Augusti in Portugruario in horto episcopali sup pergola, presentibus ser Pantaleono de dicto Portu filio q. ser Petri Hiervasij, Albertino de Bruinis de Feraria Notario utini comorante, D. Presbytero Bernardo Roberti Capellano infrascripti D. Episcopi Concordiensis, et Philippo de Bertino Notario olim Mathia testibus, et alijs Reverendus Pater, et D. D. Frater Petrus dei gratia episcopus Concordiensis in termino, et curia Vassallorum suorum numero competenti, quod ultra in suo termino aderant Venerandus Pater frater, Bartholomeus eadem gratia episcopus Caprulanus Dnus Florentinus de Costis de Tarvisio, et vicarius concordiensis, Guidus de Aurariis, Prepositus Concordiensis, Joannes de Caratis Diocesis Mediolanensis Canonicus Aquilegiensis, Jacobus de Mutina, Guidotus de Regio, et Martinus de Berthino Canonici Concordiensis, Nicolaus de Tarvigolis, Franciscus Ser Gasperis de dicto Portu, Petrus Tirutus habitans in dicto Portu, et Joannes q. Ser Astulphi habitans in Cerca Superiori dicti Portus, petiit a predictis Vassallis suis pro tribunali sedente pronuntiari, si idem vellet pro negotiis suis, et Ecclesie agere, et experiri coram eis, si possit alium loco sui sedere facere pro Tribunali, coram quo agere, et experiri posset, dicti omnes Vassali nemine discrepantes pronuntiaverunt,

verunt, et sententiaverunt, quod poterat alium loco sui sedere facere, coram quo agere, et experiri pro negotijs suis, et Ecclesie sue, qua lata sententia idem D. Episcopus loco sui sedere jussit pro tribunali venerabilem D. Otthonem de Castellino juris peritum Vicarium suum coram quo D. Otthone pro tribunali sedente, et coram Vassallis predictis cum eo pro tribunali sedentibus in loco predicto more solito Curie et Episcopatus Concordiensis prefatus Reverendus D. Pater, et D. D. Frater Petrus Episcopus Concordiensis petiit pronuntiari quid juris, si quis habitator habens, cognoscens, et tenens habitantiam aliquam, et bona habitantie ab ipso D. Episcopo Concordiensi, et a predecessoribus suis et a dicta Concordiensi Ecclesia, et eam habitationem, et ipsa bona habitantie alteri, sine licentia et consensu ipsius D. Episcopi, et predecessorum suorum vendiderit, pignoraverit, obligaverit, vel quoquo modo alio alienaverit super qua petitione, et propositione sic facta dicti D. Vassalli omnes, et singuli nemine discrepante inter se solemni stipulatione prehabita pronuntiaverunt, et sententiaverunt, quod quilibet habitator dicti D. Episcopi, et sue Concordiensis Ecclesie, qui habitantiam, et bona habitantie dicti D. Episcopi, et sue dicte Ecclesie Concordiensis alteri cuilibet sine expresso consensu dicti Dni Episcopi, vel predecessorum suorum, et dicte Concordiensis Ecclesie vendiderit, pignoraverit, obligaverit, vel quoquo alio modo alienaverit, quod talis habitatori, venditor, pignorator, obligator, vel alienator

talis

palis habitantie, et bonorum ipsius habitantie cadat a jure dicte habitantie, et dicta habitantia, et bona ipsius habitantie sunt ad eundem D. Episcopum, et ad Ecclesiam suam concordiensem libere devoluta, insuper dictus Dnus Episcopus Concordiensis petiit pronunciari dictis Vassalis suis, ut supra pro tribunali sedentibus quomodo, et qualiter qua via, et qua forma procedere habeat contra dictos venditores, et alienatores sine ejus consensu de dictis habitantiis, et earum bonis, his quidem sic propositis per dictum D. Episcopum Concordiensem dicti omnes, et singuli sedentes pro tribunali, ut supra pronuntiaverunt, et sententiaverunt, quod idem D. Episcopus Concordiensis de habitantia, et habitantiis, et bonis habitantie, et habitantiarum sic, ut proposuit venditis pignoratis obligatis, et quoquo modo alienatis se debeat intromittere, sicut de re sua, et Ecclesie sue insuper dictus D. Episcopus Concordiensis petiit a dictis Vassalis suis sedentibus, ut supra pronuntiari, quid juris, si quis habens, et tenens pheudum ministeriale ab eo, et Ecclesia sua Concordiensis illud vendet, pignoret obliget, seu quoquo modo alienet alteri sine expresso consensu, et licentia ipsius Dni Episcopi, et Ecclesie sue, aut alteri pro proprio vendat dicti D. Vassali audita dicta propositione, et super eo habito consilio inter se, et deliberatione solemni pronuntiaverunt, et sententiaverunt,

runt omnes, et singuli nemine discrepante, quod quicumque habens pheudum ministeriale ab ipso D. Episcopo Concordiensi, et ab Ecclesia sua, et bona dicti pheudi sine expresso consensu, et licentia dicti D. Episcopi alteri majori Episcopo pheudatario, et sibi pheudatario non equali, nec simili vendat, obliget, et pignoret, vel quoquo modo alienet, aut alteri pro proprio vendat, quod talis pheudatarius ministerialis venditor, pignorator, obligator, et quoquo modo alienator bonorum dicti pheudi ministerialis pro proprio secundum quod dictum est cadit a jure suo super quo pheudo ministeriali, et bonis ipsius pheudi ministerialis, et bona dicti pheudi ministerialis sunt ad dictum D. episcopum, et ad Ecclesiam suam Concordiensem libere devoluta, si autem talis pheudatarius ministerialis ipsum pheudum ministeriale non devoluitur, nec est devolutum ad Dnum Episcopum Concordiensem, nec ad Ecclesiam suam si emptor dicti pheudi ministerialis similis, et equalis venditoris, et ministerio dicti pheudi servierit D. Episcopo, et Ecclesie sue concordiensis, sed si de ministerio pheudi non servierit talis emptor pheudum ipsum ministeriale, et bona ipsius sunt ad ipsum Dominum Episcopum, et Ecclesiam suam libere devoluta, audita autem dicta ~~propositione~~ prolatione sententie idem D. Episcopus Concordiensis petit a dictis suis vassallis pronuntiari quo modo qualiter qua via,

et

et qua forma procedere habeat contra tales venditores, et alienatores illicitos dictorum pheudorum ministeria-lium, et contra dicta bona ministerialium pheudorum; sive pro eis, ipsis sic propositis dicti omnes, et singuli vassalles pronuntiaverunt, quod idem d. Episcopus de pheudis ministerialibus, et de bonis pheudorum ministeria-lium Ecclesie sue, sic contra ordinem, ut premittitur venditis, et alienatis, ut premittitur, se potest in-tromittere cum usu, et fructibus sicut de re sua, et Ecclesie sue.

Late, et pronunciate fuerunt dicte sententie coram dicto D. ... Vassali Othone, et supra sedentes pro tribunali quos antedictos vassallos in loco predicto anno, indictione, et die antedictis.

Ego Joannes de Turcileis filius Francisci habitans in Portu-gruario imperiali auctoritate notarius prolationibus dictarum sententiarum interfui, et de mandato predicti Do-mini Episcopi in actis cause dicti Episcopatus, tanquam officialis, et scriba dicte curie in actis posui, et publica-vi, et me subscripsi

Suprascriptam sententiam aliena manu descriptam ex pro-cessu olim manu q. D. Josephi Sporeni Notarii for-mato inter Nob. D. Ludovicum de Valvasono, ac filios q. D.

q. q. Henrici de ipso loco Theophrastus Sporenus ipsi=
us q. Josephi filius Notarius publicus ~~et collegiatto~~ ex collegio
utini rogatus publicatus &c.

Da libro d'antico carattere coperto di carta
perzamena intitolato = Sententiæ pheudales
esistente nel nostro Archivio di Castello Spor=
peto pagina 79.

Cast.o di Sporpeto 9 Genaro 1617

Frangipane

Imra-
Romano=
- anion.
tis Belloni
. Tunc pre
vescit. et
quorum
virtutibus
in nascentes
ustitiam
e Civitatis
minum no=
Augustum
ri honore
ersamus
Idcirco
ti probita
ti da laporlessou.
tibrentes
deo pro=
Civitate
et delecta
um annum
Vicarium
gene

1356. 22 marzo G. della Porta di Gemona fatto Vicario di Belluno e Feltre 134.
dal Pat. Nicolò come Vic.o generale dell'Imp.e

Vicariatus

Nicolaus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha Civita-
tum Bellunensis et Feltrensis pro sacra Imperiali maiestate Romano-
rum Vicarius Generalis viris prudentibus et discretis . sic . Poten-
tis Consilibus Consilio Communitati ac Universitati Civitatis Belluni
sacri Imperii et nostris fidelibus salutem et omne bonum. Tunc pre-
sidentium dignitas amplitudinis tunc populorum quies accrescit, et
subditis [illegible] pax attribuitur cum eis preferunt Rectores quorum
fidelitas rerum facti experientia demonstrata scientia et virtutibus
approbatas, et quorum manuum suarum munditia solum Deum videntes
pre oculis nostris sine quavis personarum acceptione justitiam
tribuunt equa lance. Et quia in commisso nobis regimine Civitatis
Belluni et Feltri per Serenissimum et invictissimum Dominum no-
strum Dominum Karolum Romanorum Imperatorem semper Augustum
Boemie Regem nos decet pro Imperialis culminis et nostri honore
nostroque statu pacifico ad quem sollicita meditatione pensamus
habere officiales et Rectores in talibus circumspectos. Idcirco
vestre fidelitatis tenore presentium quod nos de laudabili probita-
tis et circumspectionis fama sapientis viri Magistri Jacobi de lapor-
ta civis nostri Glemone licentiati in legibus plenam obtinentes
fiduciam et de cuius fide et puritate constantia ubique deo pro-
pitio fidele testimonium perhibetur. Ipsum in nostra Civitate
Belluni tenore presentium matura deliberatione prehabita, et de certa
scientia a Kalendis proximis mensis Aprilis usque ad unum annum
integrum et completum ordinamus et facimus vestrum Vicarium
gene

generalem. Dantes et concedentes eidem omnem potestatem, auctoritatem et Bayliam quam et quas vicarii nostri qui ibidem fuerunt per tempora in officio Vicariatus hujusmodi soliti sunt habere. Quapropter vestram fidelitatem hortantes requirimus vobisque mandamus quatenus eundem Jacobum vicarium nostrum sincera mente suscipientes et reverentiam debitam pertractantes sibi in hiis que ad dictum Vicariatus spectant officium fideliter pareatis.
taliter vos gerentes suo velut imperialem gratiam
In predictis atque nostrum statum nostri vigente iustitia in pacis dulcedine salubriter conservate. Datum in Castro nostro Porphemberch sub nostri impressione sigilli die XXIIIa mensis Marti. Anno Dominice Nativitatis Millo. CCC LVI Indictione VIIIa

---

Eidem Anno Indictione loco et die proxima precedenti facta fuit similis littera de Vicariatu Civitatis Tulti usque ad unum annum in Personam Magistri Johannis de Portugruario licentiati in Legibus per ordinem ut supra in proxima precedenti.

Da manoscritti del q.m Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XIV: pag. 52, esistenti presso il Nob. Sig.r Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Castello di Porpetto 6 8bre 1818.

Granzgiane

1356. 20. Luglio Cividale si scusa col Patriarca di non poter mandar milizie al suo servigio.

M. CCC. LVI. Indictione VIIII. die XX. Julii. presentibus Domino Vortivo episcopo Segnensi. Domino Cyno. Domino Henrico de Hainz. testibus. coram Domino Patriarcha constitutus Stephanus q^m Virgilii de Civitate Austrie Ambaxator Communis et hominum Civitatis Austrie dixit quod dictus Dominus Patriarcha mandaverat dictis communi et hominibus quod taliam militie sue eidem transmitterent, propter quod rogabat eum ex parte ipsorum ut cum haberent partem militie in Aquilegia cum Domino Bernardo eius vicedomino, et aliqui eorum vicini iverunt ad servitium Comitis Goritie qui ivit ad exercitum Regis Ungarie, dignaretur eos habere in hac parte excusatos, quia non remanserant in terra equi sufficientes pro ista talia transmittenda. Dictus vero Dominus Patriarcha respondit quod ipsos habebat excusatos pro. VII. armigeris per eos Aquilegiam transmissis ut prefertur. Sed de residuo talie cum qua servire debent, nolebat eos excusatos habere, quia dicta excusatio non erat sufficiens. ~~Actum predi~~

Actum Medune

Eodem die, presentibus Domino Guezelletto q^m Domini Maynardi de Praia. Nicolao Valentini de Glemono testibus et aliis. Dominus Patriarcha mandavit domino Draguino de Prata gastaldioni Medune quod locum et bona de Pasiglano tamquam ad Ecclesiam Aquilegiensem spectantia intromittere debeat vicedomino Domini Patriarche et ponere ad manus suas

Actum Medune in Castelluto ipsius Terre.

Da manoscritto del p^e. Morosin^e. Guerra Canonico di Cividale inedito.

intitolati = Chron. Foroiuliense = Tomo XXV pag: 212 esistenti presso il Nob. Sig.r Agostino de Portis di Cividal del Friuli.

Castello di Porpeto 24 8bre 1815.

C. Frangipane

ovate
ò vec-
nierchia
ut ho,
cum
Grega:
Cum
experi:
inisti:
tur
ca pe-
nisi
e peri:
neum
nosse
vefate
e pre:
rer no:
f, sp:
; et
m fi:
d et
ope
icte
eius
m et
squi

ovate
over-

niarcha
ut ho,
cum
dena:
Cum
experi:
inissi:
tur
sa pe-
nisi
peri:
incum-
nossa
prefate.
e pre:
per no-
et ssp:
n, et
im si:
ss et
ope:
recte
meius
im et
sequi

1357. 12. marzo — Nicolò Pat. da il castello e la gastaldia di Buja e quella di Cergna ai fratelli Brugni coll'obbligo di fortificare il primo. 156.

Da altro protocollo in foglio dello stesso Gubertino di Novate Notaro e cancelliere Patriarcale che si conserva nell'Archivio vecchio de spettabili signori Notarij.

In Christi Nomine Amen. Nicolaus D. G. Sancte sedis Aquilegensis Patriarcha ad eternam rei memoriam. Urget nos assiduaque cura sollicitat, ut honorem et statum S. Aquilegensis Ecclesie sponse nostre quantum cum Deo et justitia possumus ampliemus, jura jurisdictionesque ipsius protegamus, et queque sua sunt non nostra toto ~~conamine~~ conamine conservamus. Cum itaque sicut omnium inspicientium oculis ~~data~~ clare patet et rerum experientia demonstrat castrum nostrum Buje quod ex vetustate antiquissima diruptum est adeo et collapsum, quod nisi totaliter repararetur subjacet manifeste ruine ex cujus destructione patent immensa pericula nobis et Aquilegensis Ecclesie, et toti patrie, ac dampna nisi occurretur verissimiliter pervenirent. Nos hujusmodi dispendiis et periculis cupientes opportunis remediis obviare, et advertentes ex incumbentibus nobis expensarum undique pruriruris obstatum non posse remedium adhibere, nisi fidelium et devotorum nostrorum et prefate ecclesie adminiculis fulciamur, decrevimus matura deliberatione premissa de sapientum nobis assistentium capitulo eundem locum per nostros fideles predictos facere reparari et idcirco de antiqua et approbata fidelitatis et devotionis constantia dilectorum fidelium, et familiarium nostrorum Allexandri Johannis et Juliani fratrum filiorum quondam Beltramini Brugni de Utinetio, quos ad nostros et predicte Ecclesie honores et profectus reperimus per effectum operis semper juxta prope paratos clementissime confidens, ~~Ecclesie~~ ecclesie quod ejusdem fratribus ac eorum heredibus dictum castrum cum ejus fortiliciis et pertinentiis universis nostro successorum nostrorum et

Aqui

Aquilegensis Ecclesie nostre omni modo, jure, et forma, quibus melius pos-
sumus tenore presentibus duximus concedendum pactis et conditionibus
infrascriptis: videlicet quod predictum castrum Buge debeant juxta
dispositione et ordinatione nostra reficere et riparare eorum sumptibus et
expensis reparatum tenere ad honorem et statum nostrum successorum
nostrorum, et predicte Ecclesie, et fideliter custodire et dicte Ecclesie
cum eodem castro servire ipsorum viribus atque propriis. Et ut
melius et ferventius teneantur ad honorem nostrum, successores nostros
et prefate Ecclesie castrum hujusmodi custodire ac possint incumben-
tia onera supportare Gastaldias nostras de Buya et Artenea cum Gari-
tis jurisdictionibus afficitibus, redditibus, proventibus, honoribus, juri-
bus et coventionibus nostro, et quibus supra nobis damus ipsis fra-
tribus ac eorum heredibus et concedimus habendas, tenendas et possi-
dendas pro custodia dicti castri. Ita quod si refacto et reparato
eodem castro Nos seu successores nostri Patriarche Aquilegensis dictum
castrum pro nobis habere et tenere velemus vel ipsi successores nostri
per se habere et tenere velent dicti fratres et eorum heredes tene-
antur et debeant illud cum predictis Gastaldijs et ipsorum juribus
universis nobis seu ipsis successoribus eos super hoc requirentibus tra-
dere et assignare omni difficultate semota nobis seu successoribus
nostris satisfacientibus ipsis fratribus seu eorum heredes de expensis
in refectione, reparatione et fortificatione dicti castri per eos factis
juxta extimationem duorum bonorum virorum per nos et dictos succes-
sores nostros et ipsos fratres seu eorum heredes eligendum. Et sic
memoratum Julianum in nostra presentia constitutum suo et predicto-
rum fratrum et heredum suorum nomine recipientem modo et forma
premissis de castro, Gastaldijs juribus, ac jurisdictionibus antedictis

inve.

investimus gratiose. Quibus pactis dictus Julianus suo et quibus supra a omnibus juravit ad S. D. tactis scripturis prefatum Castrum ad honorem et statum nostrum successores nostros et Aquilegensis Ecclesie tenere custodire, et fideliter conservare ipsum apperire apertumque tenere nobis et dominis successoribus ac gentibus nostris et ipsorum successorum quandocumque et quotiescumque expediens et neccesse fuerit pacis temporibus atque guerre, et quod ipsi et heredes eorum nobis et successoribus nostris astabunt totis posse et viribus contra quoscumque adversarios et inimicos nostros successores nostros et Ecclesie predictorum. Quodque dictum Castrum cum Custodiis, Gavitis, jurisdictionibus, juribus omnibus supradictis nobis et successoribus nostris Patriarchis Aquileensis restituent tradent et assignabunt modo premisso quodque eisdem et eorum heredes per Nos seu dictos successores fuerint ut promittitur satisfactum; atque omnia et singula in presentibus litteris contenta et expressa observabunt, et fideliter adimplebunt, et omnia alia, et singula facient, que fideles et devoti quilibet suis veris dominis facere tenentur et debent. Ad hoc se hac omnia et singula bona sua fratrum et heredum suorum per quibus promittit ea rata quecumque sint mobilia et immobilia presentia et futura realiter, et personaliter obligando. Presentibus V. Domino Fratre Guidone Abbate Monasterii Mosacensis, honorabilis V. Dominis Johanne Ramoldi Canonico Aquilegensis, et Wenceslao Sancti Canciani in Craynburga, et Johanne Santi Laurentii de Buga Aquilegensis Diocesis, ~~exterarum Plebanis~~ ecclesiarum Plebanis et Nobili milite Domino Heinrico de Hauniz magistro camere nostre Capellanis et familiaribus nostris testibus ad hec specialiter vocatis

et

et rogatis. In quorum omnium testimonium presentes litteras in forma publica fieri jussimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XII. mensis Martii. Anno Dominice Nativitatis M°CCCLVII. indictione decima.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 246 esistenti presso il Nobile Signore Maestro de Portis di Cividale del Friuli.

1357. 12. marzo — Da altro protocollo in foglio di Gubertino di Novate Notajo e Cancelliere Patriarchale, che si conserva nell'Archivio vecchio de' spettabili Signori Notari. ~~Da un protocollo de notaro anonimo in foglio, che si conserva nell'Archivio vecchio de' spettabili Signori Notari~~ 156

In christi Nomine Amen. Nicolaus D. G. Sancte sedis Aquilegensis Patriarcha
ad eternum rei memoriam. Urget nos assiduaque curas sollicitat, ut ho-
norem et statum Sancte Aquilegensis Ecclesie sponse nostre quantum
cum Deo et justitia possumus ampliemus, jura jurisdictionis ipsius
protegamus, et que sua sunt non nostra toto conamine conservemus.
Cum itaque sicut omnium inspicientium oculis clare patet et verum
experientia demonstrat castrum nostrum Buye quod ex vetustate
antiquissima diruptum est ac et collapsum, quod nisi totaliter
repareretur subjacet manifeste ruine, ex cujus destructione
possunt immensa pericula nobis et Aquilegensi Ecclesie, et toti Patrie
ac dampna nisi occurratur verisimiliter pervenire. Nos hujus-
modi dispendijs et periculis cupientes opportunis remedijs obviare,
et advertentes ex incumbentibus nobis expensarum undique pro-
fluvijs optatum non posse remedium adhibere, nisi fidelium et
devotorum nostrorum et prefate Ecclesie adminiculis fulciamur,
decrevimus matura deliberatione premissa de sapientum nobis
assistentium consilio eundem locum per nostros fideles predictos
facere reparari et idcirco dicto de antiqua et approbata fidelitatis
et devotionis constantia dilectorum fidelium, et familiarium no-
strorum Allexandri Johannis et Juliani fratrum filiorum quon-
dam Beltramini Bruni de Tumetto, quos in nos et predicte Ec-
clesie honores et profectus reperimus per effectum operis sem-
per juxta posse paratis plenissime confidentes. Ecce quod deinceps ipsi

bat

fratribus ac eorum heredibus dictum Castrum Buye cum ejus fortalicijs et pertinentijs universis nostro successorum nostrorum, et Aquilegensis Ecclesie nomine omni modo, jure, et forma, quibus melius possumus tenore presentium duximus concedendum pactis et conditionibus infrascriptis: videlicet quod predictum Castrum Buye debeant juxta dispositione et ordinatione nostra reficere et reparare eorum sumptibus et expensis reparatum tenere ad honorem et statum nostrum, successorum nostrorum et predicte Ecclesie, et fideliter custodire ac etiam conservare atque nobis nostrisque successoribus et dicte Ecclesie cum eodem Castro servire ipsorum viribus atque persone. Et ut melius et ferventius teneantur ad honorem nostrum, successorum nostrorum et prefate Ecclesie castrum hujusmodi custodire ac possint incumbentia onera supportare Gastaldias nostras de Buya et Artenea cum earum juribus jurisdictionibus, affictibus, redditibus, preventibus, honoribus juribus, et obventionibus universis debitis et consuetis ad Gastaldias ipsas spectantibus nostro et quibus supra nominibus damus ipsis fratribus ac eorum heredibus et concedimus habendos, tenendos et possidendos pro custodia dicti castri. Ita quod si refecto et reparato eodem Castro Nos seu successores nostri Patriarche Aquilegenses dictum Castrum pro nobis habere et tenere velemus, vel ipsi successores nostri pro se habere et tenere velent dicti fratres et eorum heredes teneantur et debeant illud cum predictis Gastaldijs et ipsarum juribus universis nobis seu ipsis successoribus eos super hoc requirentibus reddere et assignare omni difficultate semota. Nobis seu suc

cesso

cessoribus nostris satisfactionibus ipsis fratribus seu eorum heredibus de
expensis in refectione, reparatione et fortificatione dicti castri per eos
factis juxta extimationem duorum bonorum virorum per nos et dictos succes-
sores nostros et ipsos fratres seu eorum heredes eligendorum, et sic me-
moratum julianum in nostra presentia constitutum suo et predictorum
fratrum et heredum suorum nomine recipientem modo et forma pre-
missis de castro, Gastaldijs, juribus ac jurisdictionibus antedictis in-
vestimus gratiose. Quibus peractis dictus julianus suo et quibus su-
pra nominibus juravit a S. D. E. tactis scripturis prefatum castrum
ad honorem et statum nostrum successores nostros et Aquileiensis Ec-
clesie tenere, custodire, et fideliter conservare ipsumque aperire
aperiumque tenere nobis et dictis successoribus ac gentibus nostris
et ipsorum successorum quodcumque et quotiescumque expediens et nec-
cesse fuerit pacis temporibus atque guerre, et quod ipsi et heredes
eorum nobis et successoribus nostris astabunt totis posse et viribus
contra quoscumque adversarios et inimicos nostros successorum nostro-
rum et Ecclesie predictorum. Quodque dictum castrum cum Gastal-
dijs, garitis jurisdictionibus et juribus omnibus supradictis nobis
et successoribus nostris Patriarchis Aquileiensibus restituent tra-
dent et assignabunt modo premisso quandocumque eisdem et eorum
heredibus per Nos seu dictos successores fuerit ut premittitur sa-
tisfactum; atque omnia et singula in presentibus litteris conten-
ta et expressa observabunt, et fideliter adhimplebunt, et omnia
alia, et singula facient, que fideles et devoti quilibet suis veris
Dominis facere teneantur et debent. Ad hoc se hac omnia et sin-

gula

quia bona sua fratrum et heredum suorum pro quibus premissi de va-
lo quecumque sint mobilia et immobilia presentia et futura realiter
et personaliter obbligando. Presentibus V. V. domino fratre Guidone
Abbate Monasterii Mosacensis, Nobilibus V. Dominis Johanne Bam-
poldi Canonico Aquilegensi Winceslao Sancti Canciani in Craynburga
et Johanne Sancti Laurentii in Buya Aquilegensis Diocesis Eccle-
siarum Plebanis et Nobile Milite Domino Hainrico de Harri
Haunitz Magistro Camere nostre Capellanis et familiaribus nostris
testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis. In quorum omnium
testimonium presentes litteras in forma publica fieri jussimus
et nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum Utini in
nostro Patriarchali Palatio die XII. mensis Martii. Anno Dominice
Nativitatis M.CCCLVII indictione decima.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina
24.ª esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis
di Cividale del Friuli.

Cas.º di Porpetto 20. Luglio 1817.

Frangipane

1357. 6. aprile Nicolò Pat: intima un Sinodo per la Domenica dopo il Corpus Domini. 157.

Da altro protocollo in foglio di Gubertino di Novate Notaro e Cancelliere Patriarchale che si conserva nell'Archivio vecchio de spettabili Sig.ri Notari

Nicolaus D. G. sancte sedis Aquilegensis Patriarcha dilectis nobis in christo universis et singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Plebanis, ceterisque Prelatis, et personis Ecclesiasticis per nostram Civitatem et Diecesim Aquilegiensem constitutis ad quos presentes pervenerint salutem in Domino. Officium nostri debitum nos inducit ut circa statum Clevi nobis comissi pacificum et salvarem cura sollicita vigilemus. Et ideo ad honorem Dei pro reformatione utili Clericorum generalem facere Synodum, et ibi quedam ordinare utilia Deo propitio intendentes, vos et unum quemlibet tenore presentium citamus, requirimus et monemus, vobisque sub excommunicationis pena et sex marcharum pro quolibet precipiendo mandamus quatenus proxima die Dominica post octavam Festi Corporis Christi proxime venturi in Utino nostre Aquilegensis Diocesis conveniatis personaliter coram Nobis audituri et facturi que disponente Domino duxerimus ordinanda.

Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die VI. mensis Aprilis. Anno Dominice Nativitatis M°. CCCLVII. indictione X.

Da manoscritti di Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 250 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas. di Pirpello 22. Luglio 1817. Franzisane

1357. 12 7bre Tregua tra Folchero di Savorgnano e Rizzardo di Castello per interposizione di Costa marasciallo del Pat. Nicolò 

Ex notis Guberlini de Novata

Die XII mensis Septembris (1357) presentibus nobilibus et sapientibus viris dominis Johanne de Monticulis Vicario in temporalibus ... scripti domini Patriarche Francisco de Savorgnano milite Symone et Hendrico de Cucanea, Bertoldo de Lovs, Henrico de Cucoreto testibus et aliis. Coram Nobili milite Domino Nicolao de Rostock Marescallo Reverendissimi in Christo Patris et Domini domini Nicolai Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche constitutus Nobilis vir Dominus Folcherus de Savorgnano ad mandatum dicti domini Marescalci pro se ac omnibus ejus amicis et servitoribus fecit treugas bonas et legales Nobili viro domino Rizardo de Castello ac universis amicis et servitoribus suis hinc ad festum Circumcisionis Domini proxime futurum per totam diem inviolabiliter duraturas. Quas quidem treuguas, promisit bona fide absque dolo et fraude nomine suo ac dictorum amicorum et servitorum omnium durante dicto tempore firmiter observare sub pena mille marcarum denariorum Aquilegensis monete obligans se hec in manibus predicti Domini Marescalci recipientis nomine

prefati Domini Patriarchę omnia sua bona mobilia et immobilia

presentia et futura.

Actum in Ecclesia majori Sanctę Marię de Utino juxta majus

altare ipsius Ecclesię

(Similem commissionis formulam Rizardus fecit die sequenti in Castro Inferiori de Tarcento)

Da volumi di documenti raccolti dal qm. Monsignor Florio di Udine nell'Archivio del Capitolo di Aquileja, li quali non hanno titolo ne numerazione di volume e di pagina, et esistono nella biblioteca del Conte Filippo di lui nipote.

Cas.o di Porpetto 21. 7bre 1817

Frangipane

59.

eluam
vituli,
Patriar=
vum i
ateriam
deo pro:
tractan
itulo
apitu=
tracto= ro
imstitav
duf Pa=
decanum
diverso
inde
stros
l hu.
iacordia
ento.
tentias
ei,
macore ro
um
solici=
dine

A

(Simile
mit fo
Regardu
Sequen
Inferion

elnam

vitali,

Patriar=

rum i

ateriam

deo pro=

tracta=

itulo

apitu=

tracta=

imilitev

dus Pa=

decanus

diverse

inde

itros

l hu=

ecordia

ento.

tentias

Pei,

mocore

um

solici=

dine

A

(Simile
mit fo
Rizardu
Sequen
Inferiori

1357. 20 xbre. Nicolò Patriarca per torre ogni questione col capitolo
d'Aquileja rimette in vigore il concordato 1283. 4 Maggio
fatto col Pat. Raimondo 159.

sicorretto

Nicolaus Dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha ad perpetuam rei memoriam. Quod pro statu pacifico, et tranquillo nostrorum capituli, et Ecclesie Aquilegiensis a nostris bone memorie Predecessoribus Patriarchis Aquilegensis est provide, et laudabiliter ordinatum. Nos eorum inherentes vestigijs ad tolendum perpetuo omnem questionis materiam que super infrascriptis posset modo aliquo suscitari intendimus Deo propitio inviolabiter observare. Sane pridem super diversis tractandis una cum dilectis filiis nostris. Decano Canonicis, et Capitulo dicte nostre Ecclesie in loco, in quo consuevit dicte Ecclesie Capitulum congregari: Convenientes nobis per eosdem post diversos tractatus habitos super reformatione status ejusdem Ecclesie fuit humiliter supplicatum. Quod cum dudum inter bone memorie Raymundus Patriarcham Aquilegensis predecessorem nostrum ex parte una, et Decanum supradictos ex parte altera procurante inimico pacis forent diverse questionum, et contentionum materie suscitate ex quibus hincinde grandia expensarum profluvia sunt secuta, et tamen per arbitros ad hoc de partium voluntate assumptos lites, et contentiones hujusmodi divino inspirante flumine, cum vera pace, et votiva concordia terminate sicut de predictis omnibus constat publico instrumento. Dignaremur Paterno affectu, et favore benigno hujusmodi sententias per predictos arbitros latas ob reverentiam Omnipotentis Dei, et Beatissime Virginis Marie Matris ejus atque Beatorum Hermacore et Fortunati Patronorum nostrorum more nostrorum predecessorum approbata ac etiam confirmata. Nos autem omni cura, omni solicitudine

tudine, et studio pensantes et die, noctuque modos, et vias exquirentes, quibus possemus eadem reformare Ecclesiam ac filijs, et confratribus nostris predictis quantum cum Deo, et justitia possumus complacere, et ipsorum votis annuere.

Viso tenore sententiarum predictarum ipsas matura deliberatione prehabita, et de certa scientia approbamus, et more nostrorum predecessores in Christi nomine confermamus. Volentes, et discernentes, ne quid imposterum tergiversari valeat, seu modo aliquo contradici quod presentibus approbationi, et confirmationi nostris, tenor dictarum sententie de verbo ad verbum plenius inseratur, et ut perpetuo valerent robore per Paulum infrascriptum notarium Cancellarium nostrum tradit, et in publicam formam reddudi instrumentum sub sigilli nostri appensione in testimonium premissorum. Tenor autem sententiarum predictarum talis est.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem M·CC·LXXXIII, indictione XI, die 4 intrante majo in Civitatis Austrie in Patriarchali Pallatio. Presentibus dominis Manfredo della Turre Archipresbitero Modacensis. Bernardo decano Civitatis. Presbitero Pogano Scolastico Aquilejensis. Fratribus Artrico de Atems, et Bertoldo de Fagelis de ordine predicatorum. Joannes de Carpeneto et Corrado de Mantua de ordine minorum, Henrico de Grez notarius, et alijs pluribus: Domini Franciscus, et Lodovicus Canonici Aquilegenses arbitri, arbitratores, et amicabiles compositores in questionibus que ~~vertebantur~~ vertebantur intra Reverendum Patrem D.

Raijm

Raimundum Patriarcham Aquilejensem ex parte una, et venerabiles viros Dominos . . . Capitulum Ecclesie Aquilegiensis ex altera, pro ut publico instrumento confecto exinde per me Valterum notarium infrascriptum, plenius continetur in presentia dicti Domini Patriarche et Jacobi de Civitdato canonici predicte Ecclesie Aquilegiensis procuratoris dicti capituli, nec non dominorum Magistri Leonardi de Faugnaio vicedomini, Odorici prepositi Sancti Petri in Carnea, Henrici de Regio, Magistrorum Alberti, et Leonardi, et Hermani de Whina Canonicorum ejusdem Ecclesie de voluntate ipsarum partium ad hoc instantium prefixo ad hodie termino die, ac loco predictis, pro ut in instrumento publico confecto ex inde per Henricum notarium plenius continetur tale in scriptis sententiam protulerunt.

In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen. Humiles doctrine Magister humiles instituit discipulos inter se videlicet pacem habere dicens pax vobis: Et quia pacis semita est discordie finis ad tranquillum concordie deberent omnes, et maxime qui in sortem Domini sunt assumpti toto corde, et animo vigilare, sed sunt nonnulli qui zelum amoris contentionibus acuendo tantum questiones investigant, et lites, et corda scindentes discordias sub umbra juris ad injuriam deccedunt interdum calumnie, et inimicitiarum puteos fodientes. Non consideratoque quod contentionis puteis relictis contemptui fodit Ysaac alium pro quo non contendere Pastores, cujus nomen vocatum est latitudo quia

vestra

restringitur charitas contemptione diffusa, et si artetur contentio charitas dilatatur unde cordibus est reddenda concordia, ut sit opus justitie pax, et silentium cultus ejus presertim in illis, qui ut pene columbe deargentate sibi et subditis debent splendere pacifici sedentes in pulcritudine pacis, et in tabernaculis fiducie et requie opulenta. Sane vicinos omnino non latuit, et ad multos jam in longinquo pervenit quantum gravaminis Sancte Aquilegensis Ecclesie et ejusdem capitulo super diversis articulis questio suborta attulerit, et afferet imposterum si duraret. Ad futurum tractato de preterito conjectura. Consueverunt etiam lites, et prodiga sumptuum liberales laborem rare quietis, et utinam non contentionis, et discordie incentiva, eoque raro bonum jurgio lingua videt, et iudiciorum strepitu mens quiescit. Hec autem pericula, et discrimina, que de hujusmodi questionibus ipsi Aquilegensis Ecclesie et ejusdem Capitulo iminebant, Reverendus Pater, et Dominus D. Raymundus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, et viri venerabiles . . Decanus, et Capitulum ipsius Ecclesie attendentes ne invalescente contentione Ecclesia, et Capitulum memorati languerent diutius, et quamdam mortem viderentur ingerere. Ipsa cause de communi voluntate questiones omnes que vertebantur inter eos quas diuturnitas iudicii prorogabat accelaratione provida dominos Joannem Archidiaconum. Severinum, et Lodoicum Canonicos Aquilegensis, arbitros, et arbitratores et amicabiles compositores unanimiter elegerunt dantes eisdem plenariam potestatem ut questiones

omnes

omnes quae vertebantur hincinde per eodem tres arbitros, vel duos eorum finiri, et terminari deberent quod eis videbitur alte, et basse melius expedire.

Et ideo in nomine patris, et filii, et spiritus sancti amen. Nos Ferarinus, et Lodoicus Canonici Aquilegensis electi, et assumpti arbitri, arbitratores, et amicabiles compositores super questionibus litibus, et controversiis quae movuentur, seu movebantur inter Reverendum Patrem, et D. Raymundum dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ex una parte, et dictos viros . . . Decanum, et capitulum Ecclesie Aquilegensis communiter, et divisim ex altera, pro ut continetur in quoddam instrumento inde confecto per manum magistri Valteri Scolastici Civitatensis Notari ipsius domini Patriarche, ut inter eos sit pacis, et concordie unitas, auctoritate nobis tradita, et concessa requisito per nos legitime Domino Joanne Archidiacono condicio nostro, examinatis, et discussis diligenter petitionibus eorundem, et legitime citatis partibus ad sententiam audiendam devotuntate, et consensu partium non obstante obsentia dicti Domini Archidiaconi sic duximus precedendum, et definiendum. . .

In primis super petitione prima Domini Patriarche que talis est. In nomine Domini. Amen. Coram Nobis Dominis magistris Joanne Archidiacono. Feravino, et Lodoico Canonicis Aquilegensis arbitris, et arbitratoribus, ac etiam amicabiles compositores electis a partibus infrascriptis dicit, et proponit Dominus Raymundus Dei gratia Patriarcha Aquilegensis suo, et Patriarchatus nomine contra Decanum et Capitulum Ecclesie Aquilegensis, et contra quamlibet personam pro eis legitime intervementes

nientem quod olim Aquilejensis Ecclesie per obitum bone memorie domini Gregorij predecessoris nostri vacante; decanus, et Capitulum ejusdem ecclesie Aquilejensis ad ministrationem ipsius Patriarchatus redditus, fructuum, proventium, bonorum, et jurium ipsius susceperunt. Et ipsos, atque ipsam administrationem gesserunt tempore vacationis ipsius, et fructus, et proventus, et redditus ipsorum perceperunt per se, ac per eorum officiales. Qui licet postea requisiti de predictis administratione, et perceptione ipsi Domino R. Patriarche rationem aliquam nullatenus reddiderunt, nec reliqua restituerunt. Sed potius omnino predictam rationem, et reliqua reddere cessaverunt, renuerunt, et ad hoc contradicunt. Quare petit dictus Dominus Patriarcha nomine antedicto a predictis decano, et capitulo, ut de predictis administratione, et perceptione redeant sibi plenariam rationem, et reliqua restituant. Per nos dominos arbitros ad predicta facienda eos, et ratione doli, et culpe, ac negligentie condemnari, et cogi cum omnibus expensis, et interessis, ac omni ~~contra~~ causa que suis loco et tempore declarabitur. ¶ Arbitrando absolvimus, et diffiniendo sententiando, et pronunciando absolutos esse denunciamus dictos Dominos Decanum, et Capitulum Aquilejensem, et quemlibet de Capitulo communiter, et divisim ab omnibus, que continentur in petitione superiori annotata. Ita quod ipse Dominus R. Patriarcha vel successores sui prefatos decanum, et Capitulum, vel aliquem de Capitulo communiter, aut divisim de reddenda sibi ratione prefate administrationis ~~[illegible]~~ cogere, impetere non possint aut etiam ~~communiter~~ convenire. Sed ipse Dominus Patriarcha, et successores sui ratum, et

firmum

firmum habeant, et teneant quicquid per dictos decanum, et capitulum comuniter, et divisim tempore vacationis Ecclesie administratum gestum datum expensum, obligatum fuit, seu etiam procuratum, et super ipsis omnibus ipso Domino Patriarche, et successoribus suis arbitrando. Pronunciando, et sententiando perpetuum duximus silentium imponendum. Preterea cum tempore vacationis Ecclesie occasione administrationis prefate per memoratos dominum decanum, et capitulum redditus, fructus, et proventus Patriarchales . . . . ribus pro evidenti utilitate, et imminenti neccessitate ecclesie Aquilegensis fuerint obligati ¶. Arbitrando sententiamus quod super ob . . . ipse Dominus Raymundus Patriarcha, et successores sui prefatis decano, et Capitulo, et cuil. . nullam movebit questionem, et si per illos quibus facte fuerunt obligationes per capitulum tempore dicte vacationis si . . sint domino Patriarche sive in posterum cedent. Sed ipsos decanum, et capitulum, et quem . . super ipsis obligationibus non permittat per aliquos indebite molestari. Sed ipsos, et quemlibet de capitulo ipsorum de capitulo fuerit. Et quia tempore vacationis predicte de redditibus forte, ac promptibus Aquilegensis . . Capituli pervenit, ac etiam singularium personarum ¶ ordinando diffinimus, et sententiamus, ut decanus, et capitulum Aquilegensis . . Aquilegensis monete prefato domino Patriarche persolvant . . centum videlicet in pro . . Sancti martini. Et centum in proximo festo subsequentis Beati Gregorii. Et residuos centum in subsequente festo, Sancti . . ¶ super eo quod dominus Patriarcha dicebat confirmationem mansionariorum ad se pertinere. Arbitrando, pronunciando, et sententiando absolvimus decanum, et capitulum ab

impeti

impetitione dicti Domini Patriarchae cum dicti decanus, et capitulum sint speciali prescriptione muniti.

Item super eo quod petebat dominus Patriarcha procurationem ratione visitationis ¶ dicimus, et pronunciamus quod dominus Patriarcha procurationem habeat moderatam, cum visitat secundum quod est in canonibus deffinitum.

Super petitionibus decani, et capituli sic ducimus procedendum. Imprimis super eo, quod capitulum petit XI marchas de muta Aquilegensis sibi solvendas, quas bone memorie dominus Bertoldus Patriarcha eidem capitulo pro remedio anime sue dedit, sive concessit ¶ arbitramus, sententiamus, et sententiando arbitramus, et pronunciamus dictam donationem sive concessionem tenere et valere, cum hoc dictus dominus Bertoldus Patriarcha facere de jure potuerit, et dictum dominum R. Patriarcham, et successores suos de cetero ad solutionem dictarum undecim marcharum teneri. Et nihilominus precipimus arbitramus, sententiamus, et pronunciamus, quod dictus dominus Patriarcha ordinet, et procuret quod de muta Aquilegensis decem marcharum in festo Beati Martini, et una in festo Sancte Elisabeth domini decano, et capitulo, vel eorum nuncijs annis singulis persolvantur. Et quod per se, vel per successores suos decanum, et capitulum in perceptione dictarum XI marcharum deinceps nec impediat, nec molestet. Ipsa retentis vero dicte mute habeant, et recipiant decanus, et capitulum viginti quinque marchas Aquilegensis monete tantum, De ressiduo vero dictum dominum Patriarcham diximus absolvendum.

Item quod super eo, quod prefati decanus, et capituli dicebant rusticos, sive massarios suos, et terras eorum a prestatione populatici non teneri, arbi-

arbitrando deffinimus, sententiamus, et pronunciamus dictos decanum, et capitulum, et quemlibet de capitulo communiter et divisim ad prestationem cujuslibet copulatici non teneri, et quod de cetero ipse Dominus Patriarcha et successores sui per se, nec per officiales suos dictum Decanum, et capitulum, Massarios, rusticos, et collonos eorum, vel aliquem de capitulo, vel massarium, rusticum, vel collonum, vel terram alicujus de capitulo communiter vel divisim ad prestationem alicujus copulatici non teneri, nec compellant, sed ipsos decanum, et capitulum, et quemlibet de capitulo, et massarios eorum communiter, et divisim absolvimus a prestatione copulatici memorati. De receptis vero de ipso copulatico per dominum Patriarcham ab impetitione decani, et capituli ipsum dominum Patriarcham duximus absolvendum.

Item super eo quod decanus, et capitulum dicebant quod dominus Patriarcha angariabat, molestabat, et gravabat per se, et officiales suos massarios colonos, et rusticos eorum in custodiendis castris, gaitis, cavaticis, et compellendo eos sine jure coram se, et alijs muneribus, et honeribus realibus, et personalibus, cum etiam pharao qui legis notitiam non habebat omnibus alijs servitutis subjectis. Sacerdotes, et possessiones eorum non solum in libertate dimisit, sed etiam alimonia eis de publico ministrabat. Arbitrando deffinimus, sententiamus, et pronunciamus, quod ipse dominus R. Patriarcha vel successores sui, aut officiales eorum de cetero in custodijs castrorum, gaitis, et alijs muneribus, et honeribus realibus, et personalibus communibus, et privatis quod superius tacta sunt quocumque nomine censeantur. Rusticos, massarios, et colonos eorum non molestent,

nec

nec gravent addicientes nihilominus quod arbitrando, sententiando, et
deffiniendo rusticos, massarios, et colonos predictorum decani, et capituli
ad hujusmodi servitia, imo servitutis potius non teneri, et ipsos massa-
rios et colonos ad hujusmodi angarijs, et prestationibus sententialiter
duximus absolvendos

Tempore autem generalis guerre in foro julij si dicti decanus, et capituli
per dominum Patriarcham ad existendum in curribus fuerint requisiti
dicti decanus, et capitulum teneantur ipsi domino Patriarche in cur-
ribus, in foro julij tantum moderatum exibere subsidium.

Item super eo quod decanus et capitulum petebant quod dominus Patri-
archa non non confirmaret Episcopos, et alios inferiores Prelatos eis
inrequisitis. Eundem Dominum Patriarcham a prefata petitione
duximus absolvendum. Eisdem decano, et capitulo jus confirmandi
Episcopos, et alios inferiores prelatos, et alia omnia et singula
quae consueverant habere et facere tempore vacationis Ecclesie
reservamus

Item sententiamus, et arbitrando percipimus quod prefatum capitulum
infra dies . . per se vel procuratorem legitimum dare, et cede-
re debeant prefato domino Patriarche omne jus, omnemque actio-
nem, quod, et quam habent, vel habere possent contra quaslibet
personas que tempore predicte Aquilegensis Ecclesie vacantis
gesserunt officia ad Patriarchatum Aquilegensem quocumque nomine
censeantur.

Item super eo quod dicti decanus, et capitulum dicebant, et petebant quod
prefatus Dominus statuta seu constitutiones in spiritualibus non
cedat,

condat, seu faciat ipsis Decano, et capitulo irrequisitis ꝗ Arbitra=
mur sententiando, et diffinimus quod Dominus Patriarcha de cetero
si qua statuta seu constitutiones facere voluerit requirat decanum,
et capitulum memorandos et cum eorum consilio statuta faciat
seu condat. Cum hoc sacri canones attestentur.

Item super eo quod memorandi decanus, et capitulum petebant, quod
Dominus Patriarcha, et officiales sui non prohiberent nuncios
decani, et capituli, et mansionariorum emere pisces ꝗ Diffini=
mus, et arbitramus, quod nuncii, et officiales domini Patriarche non
prohibeant nuntios decani, et capituli, et mansionariorum emere
pisces ad usum eorum.

Item precipimus arbitramur, et diffinimus quod si decanus, et capitu=
lum, vel mansionarii voluerint accipere ligna ad usum eorum
De silvis circumpositis Aquilegie. Dominus Patriarcha, et officia=
les sui eos non impediant

Item super eo quod prefati decanus, et capitulum petebant centum
Marchas a Domino Patriarcha pro eo quod ipse damnificaverit
capitulum, ut dicebant occasionem procurationum ꝗ Arbitran=
do absolvimus dictum Dominum Patriarcham a petitione prefata.

Item arbitramur, sententiamus et diffinimus, quod si quando per legatos,
et nuncios Apostolice sedis imponuntur generales colecte in so=
lutionem faciendae, Dominus Patriarca cum aliis clericis intelli=
gat includi.

Item super eo quod Decanus, et capitulum petebant canonicam portio=
nem

nem de omnibus quam bone memorie Dominus Bertoldus Patriarcha pro remedio anime sue dedit seu legavit ecclesie Aquilegensi; pro eo quod massarios, et rusticos Decani, et capituli, et quorumlibet de Capitulo a Prestatione copulatici duximus absolvendos. Et pro eo quod massarios, et rusticos decani, et capituli et quorumlibet de Capitulo a custodijs castrorum, gaitis, cavaticis, et alijs muneribus et honeribus realibus, et personalibus quocumque nomine censeantur, de cetero pronunciamus esse immunes. Dictum dominum Patriarcham a prestatione hujusmodi canonica portione absolvimus eisdem Decano, et capitulo super petitione prefata perpetuum silentium imponentes.

* Item precipimus, et arbitrando diffinimus quod dominus Patriarcha Decanum, et capitulum, vel aliquem de capitulo non compellat ad aliquam militiam faciendum prestandum seu dandum. Tempore tamen generalis guerre, tenentur prestare Domino Patriarche sicut alij clerici sue diecesis in pecuniam auxilium moderatum.

Item a solutione XIII marcharum quas dominus Patriarcha petebat de collecta ducentarum marcharum quando erit ad curiam dictos decanum, et capitulum duximus absolvendos.

Item absolvimus a solutione XXX marcharum Dominum Patriarcham quas decanus, et capitulum predicti dicebant quosdam ex canonicos expendisse quando iverunt in Boemiam ad presentandum decretum Domino Philippo.

Item absolvimus Dominum Patriarcham a petitione centum marcharum, quas

*Item precipimus, et sententialiter diffinimus quod quando dominus Patriarcha petit aliquid sibi fieri a Decanum vel Capitulum, vel aliquem de Capitulo si illud sibi negatur nullum dampnum det pro se vel alios in bonis Decani, et Capituli vel alicuius singularis de Capitulo sed alias [illegible] eis ordinarie [illegible] procedat
Item precipimus Qui.

quas quedam canonici expenderunt de bonis capituli ut dicebant in prosequendo negotium electionis Domini Philippi et pro petendo pastore.

Item absolvimus dominum Patriarcham de triginta libris grossorum quas capitulum dicebat expendisse apud Paduam, et dictum dominum Patriarcham teneri ad solutionem earum:

Item absolvimus prefatum Dominum Patriarcham de duobus milibus marcharum quas capitulum dicebat se esse damnificatum occasione absentie ipsius:

Et ad hoc ut tollatur omnis memorie questionis quam super predictis diffinitionibus oriri posset in posterum reservamus nobis auctoritatem, et potestatem declarandi interpretandi, exponendi semel, et pluries si quid in suprascriptis diffinitionibus dubium, ambiguum, fuerit, vel obscurum. Item precipimus quod hujusmodi sententie nostre, Domini Patriarche, et capituli sigilla pendentia apponentur. Predicta omnia, et quelibet, predictorum precipimus sub pena in compromisso expressa, a, partibus inviolabiliter littere observari. Que quidem pena totiens peti, et exigi possit cum effectu per partem servantem arbitrium a parte arbitrium non servante, quotiens committatur in illam.

Ego Valterius Civitatensis apostolica, et imperiali auctoritate notarius predictis interfui, et rogatus scripsi.

Ego Paulus q. magistri Joannis de mutina publicus imperialis auctoritate notarius predictarum sententiarum quas de verbo ad verbum ab

origi

originali instrumento scripto manu predicti Valteri notarii transcripsi fideliter approbationi, et confirmationi et de mandato supradicti Domini Nicolai Patriarche, et sub ipsius Appensione sigilli scripsi ... Rogatus ...

Anno Domini M° CCCLVII. indictione nona die XX mensis Decembris presentibus honorabilibus viris Dominis Nicolao Sabalicet Archidiacono ovsottiensi Pragensis, et martino .. Pano Plebis .. Aquilejensis Diecesis . Ancelloto, et Zanino mansionarijs dicte ecclesie Aquilejensis, et alijs . Actum in capitulo dicte Ecclesie Aquilejensis

Da libro d'antico caratere coperto di Pergamena intitolato = Privileggi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello . a carte 26 tergo seconda numerazione.

Cast.° di Porpetto 21 Gennaro 1627

Frangipane

20.

. J iidem
is viri
one &c.
dois pro
-, Archi-
D, obis et
, et ve-
ronensis
tendam
ipsis
tunc
ecrovitate
s suppli-
tio , pro
Ecclesia
m esse
prdictos
stos, si-
uctorita-
tes de
proven-
stori
i testi-
ne mu-
nitos.

1338. 3. Luglio Guglielmo e Rebaldo figli di Canisgrando della Scala confermati dal Pat: Nicolò Canonici di Verona 130.

Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha. Dilecto in Christo filio Guillelmo, Canonico nato magnifici et potentis viri Domini Canisgrandis de la Scala Civitatum Veronensis et Vicentine &c. Domini Generalis salutem et sinceram dilectionem in Domino. Nobis pro parte tua fuit humiliter supplicatum, ut cum dilecti filii — Archipresbiter, Canonici et Capitulum majoris Ecclesie Veronensis Nobis et Aquilegensi Ecclesie immediate subiecti nuper te elegerint, et receperint unanimiter et concorditer in eorum et dicte Veronensis Ecclesie Canonicum atque fratrem ad Canonicatum et prebendam vacantes in eadem Ecclesia per liberam renunciationem de ipsis factam per dilectum in Christo Bartholomeum de quintafojas tunc Canonicum Veronensem electionem et receptionem hujusmodi auctoritate ordinaria confirmare benigne dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati attendentes quod dicte electio et receptio pro defensione et conservatione jurium ejusdem nostre Veronensis Ecclesie propter Genitoris tui potentiam ac tui etiam probitatem esse poterant ipsi Ecclesie utiles et plurimum fructuose predictas electionem et receptionem de te ut premittitur celebratas, sicut perinde facte sunt ratas et gratas habentes, eas auctoritate ordinaria tenore presentium confirmamus. Mandantes de ipsum Canonicatum et prebende fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis, tibi seu procuratori tuo per te plene et integre responderi. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli appensione munitas.

vel quinta fos[illegible]

nitas.

Datum in Castro nostro Soupphemberch die III. mensis Julii. Anno Dominice Nativitatis M°CCC·LVIII°· Indictione XI^a.

Da Manoscritti del Sig.r Monsig.r Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XIV. pag. 428. esistenti presso il Nob. Sig.r Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Castello di Porpetto 3. 9bre 1814

[illegible] Brangiovane

Nicolaus Dei gratia sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha Dilecto in Christo filio Tebaldo Canonico Veronensi nato Magnifici et Potentis viri Domini Canisgrandis de lascala Civitatum Veronensis et Vicentine &c. Domini Generalis salutem et sinceram dilectionem in Domino. Nobis pro parte tua fuit humiliter supplicatum, ut cum dilecti in Christo filij Canonici et Capitulum majoris Ecclesie Veronensis nobis et Ecclese Aquilegiensi immediate subjecti nuper te elegerint et receperint unanimiter et concorditer in eorum et dicte Ecclesie Veronensis Canonicum atque fratrem ad Canonicatum et prebendam vacantes in eadem Ecclesia per mortem buxoli olim ipsius Ecclesie Canonici prebendati electionem et receptionem hujusmodi auctoritate ordinaria confirmare dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati attendentes quod dicte electio, et receptio pro difensione et conservatione jurium ejusdem nostre Veronensis Ecclesie propter Emulos tui potentiam -- (ut hic retro) - - - - - - - -
- - - - - - - — in cujus rei testimonium - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Datum in Castro nostro Soplemberch die III. mensis Julii Anno Dominice Nativitatis. MCCCLVIII. Indictione XI.

Da manoscritti del q.m Monsig.r Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XIV. pag. 430. esistenti presso il Nob. Sig.r Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Castello di Porpeto 3. 9bre 1818.

[illegible signature]

ris,
ilais
enatio
mplu
copian
nis eo
icasem
riste
lis
ric
prius
ibus
ius,
atio
ve
sosi
vos
per
enerr
quan
f uti
fero
tia,
et

iis,
illus-
enatio
amplu-
copiam
ris eu-
icnsem
visle
sios
sic
ipsius
ius
ius
atro-
ive
soro
vos
pler
eneri
quan-
f ufi
leno-
na,
et

1358. 4. Luglio Nicolo Pat: chiede prove al Vescovo di Concordia del diritto per cui trattiene molte proprietà della chiesa d'Aquilegia 161.

Sup.
Nicolaus.

N. S. Patriarcha Aquilegiensis

Venerabilis frater. Cum Episcopatus Concordiensis cum Abbaciis, Monasteriis tibi subjectis. Plebibus. Ecclesiis. titulis. villis. villis. casalibus. placitis et vineis. campis. pratis. pascuis. sylvis. venationibus. aliisque juribus et jurisdictionibus universis vigore quarumplurium donationum per Imperialia privilegia quorum unius copiam mittimus vobis presentibus interclusam Predecessoribus nostris, eorumque successoribus factarum ad nos et nostram Aquilegiensem Ecclesiam pleno jure pertinere noscatur prout in eisdem privilegiis apud nos existentibus clarius et plenius continetur. Nos intendentes jura nostra et dicte nostre Aquilegiensis Ecclesie prout ex debito tenemur prosequi et recuperare, et ad ipsius nostre Ecclesie manus et proprietatem reducere totis viribus atque posse, tenore presentium nos requirimus et monemus, quatenus si et jura vel privilegia habetis nostris donationibus et privilegiis antedictis derogantia per que docere valeatis premissa nostris Predecessoribus et eorum successoribus de quorum ---- donata pariter et concessa ad vos debite pertinere usque ad duo menses proxime venturos per ducatis legitime coram nobis quia si in eisdem ~~in eisdem~~ bonum invenerimus vos jus habere illud vobis manutenere volumus quantum possumus et debemus. Sin autem nostris intendimus uti juribus juxta dictorum privilegiorum continentiam et tenorem, ne possimus coram Deo et hominibus de negligentia,

et

et ommissione debiti recuperatione nostrorum - - - - et
prefate nostre Ecclesie jurium. reprehendi.
Datum in Castro nostro Sorphenberch. die xiii. julij
Indictione xi.ª

Da Manoscritti del q.^m Monsig.^r Guerra Canonico di
Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XIV.
pag. 437. esistenti presso il Nob. Sig.^r Agostino de
Portis di Cividale del Friuli.

Castello di Porpetto 3 7bre 1814

Frangipane

1358. 17. obre Folchero di Savorgno per nome del comune si scusa coll' Imp: sul punto di Tarcento e Tricesimo 

Copia Littere transmisse Domino Imperatori Secundario

Serenissime Princeps, et Domine noster cum omni humili et subiectiva devotione. Litteris vestre Maiestatis vestro receptis oscula semper ad pedum Imperialis culminis dignorum. Quia alias Imperatorie Majestati Litteris nostris excusatiores et innocentias nostras veridicas de Castris Tarcenti, et Tricesimi, et rebus petitis per Rover seriosius declaravimus, non credimus de necessitate Iam illas tanto domino repetere ad evitandi fastidii vitium Quibus tamquam veris publicis et notoriis instamus nunquam in totum dissimulationem [illegible] rigore contra nos

pide

Sactum supplicationibus humilibus exorando Sacro=
sancte Maestati vestre ut dignetur non obstan=
tibus oneretis predictis nos fidelibus et de=
votis Sacri culminis predicta credere offeren=
tes nos ad omnia genera mandatorum cum om=
ni promptitudine fideli-

Datum Ulmi die XVII. Novembris Indictio=
ne XI

Ad pedes sacre mayestatis Imperialis servu=
li fideles et devoti Franciscus de Laurogua=
no Capitaneus Consilium et Comune Terre Ulmi

Serenissimo Principum et Domino Domino Karo=
lo quarto divina favente clementia Romano=
rum Imperatori semper Augusto, et Boemie Re=
gi eorum Domino Excellentissimo.

Da Manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 400. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 17. agosto 1817. C. Frangipane

1359. 18. Genn. Il comune di Udine si collega con Rizzardo di Castello di Porpeto a sostegno dei diritti del friuli e del nuovo Patriarca in sede vacante 163

1359 Universis et singulis presentes litteras inspecturis pateat evidenter, quod cum per aliquod tempus preteritum jura et consuetudines antique fori julii tam prelatorum, Franchorum, Nobilium et Comunitatum quam etiam aliorum inferiorum non sunt observate, ymo contra ea sit expresse multoties contraventum. in grave prejuditium et dampnum totius Patrie fori julii. et incolarum ipsius ex quo consecute sunt interemptiones hominum extorsiones bonorum, et multa alia pericula et demum acciderit vacatio Aquilegensis ecclesie propter ferovem (sic) casum mortis Reverendissimi domini domini Nicolay bone memorie Aquilegensis Patriarche propter quam magnum iminet periculum evidenter. Nunc autem ad laudem Omnipotentis Dei, et gloriose Virginis Marie ejus genetricis, ex quorum nutu omnia bona proveniunt ad statum conservationem et honorem cujuscumque domini et Pastoris creandi, et venturi et ejusdem Aquilegensis ecclesie, et subditorum ipsius, et ad reformationem consuetudinum, et jurium antiquorum imperpetuum. Nobilis juvenis dominus Rizardus olim Nobilis viri domini Johannis Francisci de Castello Porpeti juravit corporaliter ad sancta Dei Evangelia tactis scripturis pro se, sequacibus et servitoribus suis, Nobilibus W. Dominis --- Capitaneo Consilio et Communi Terre Utini recipientibus et stipulantibus pro se ac vice, et nomine omnium Nobilium et Comunitatum et omnium et singulorum in infrascripta unione inserviorum, et inserendorum, ac quorumcumque eorum successorum servitorum, et sequacium. Et e converso predicti domini --- Capitaneus consilium et comune dicte Terre Utini pro se amicis, sequacibus et servitoribus suis

suis similiter promiserunt, et juraverunt predicto Domino Rizardo stipulanti et recipienti pro se ac vice et nomine omnium sequacium et servitorum ac successorum ejus manutenere cum personis eorum et bonis quemcumque Dominum Patriarcham et pastorem venturum et Ecclesiam Aquilegensem sepedictam, et ejus jura in statu et debitis juribus suis, et consuetudines antiquas conservare, et unionem pacificam inter se tenere, et adhimplere, ita et taliter, quod si qua persona quecumque sit vel fuerit quacumque dignitate constituta tam ecclesiastica, quam secularis modo aliquo directe, vel indirecte per se vel alios infringeret, seu infringere voluerit jura et consuetudines antiquas Forijulii, et subditorum ecclesie prenominate, vel guerram, seu molestiam inferret obstabunt totis viribus juxta posse pro juribus premissis attendendis et obviabunt, se opponent, et ad invicem erunt cum personis et bonis imperpetuum. Insuper promiserunt a promissis in litteris presentibus non discedere, nec modo aliquo contravenire sub pena Sacramenti predicti. In quorum omnium testimonium presentes litteras de comuni concordio et voluntate fieri fecerunt, et sigili dicti Domini Rizardi a tergo munimine roborari. &

Datum in Castello Porpeti die XVIII. Januarij sub Anno Domini Millesimo CCC. quinquagesimo Nono. Indictione Duodecima.

L. S. / ex Autographo existente in Tabulario Civitatis Utini.

Da Manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati — Otium Forojuliense — Tomo XXVIII.

pagina

pagina 402. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 6. agosto 1817.

C. Frangipane

4.

de

obo

sum

in

non

1300 10 aprile Odorlico di Strasoldo eletto Vicedomino d'Aquileja 104.
imperfetto dopo la morte di Federico Bojano avendo prestata cauzione

Ex antiquo exemplo Tomo VI. MSS. Aquilegensis
Julii Fontanini pagina 402

MCCCLX indictione XIII. die XVIIII. Aprilis Aquileje sub lobia capituli presentibus sapiente viro domino Joanne de monticulis iurisperito, Jacobo notario de Civitate mansionario Aquilegensi et Vanno quondam Cechi de montelupo civi Aquilegensi testibus et aliis pluribus. Coram venerabilibus viris dominis Guielmo Decano, Ambrosio de la turre, Hermacora de Murutio, Philippino de Javra, Jacobo de Marano, Tomasino de Furlivio, et Johanne Rampoldo omnibus Canonicis majoris Ecclesie Aquilejensis comparuit Nobilis vir Dominus Odorlicus quondam Nobilis viri domini Gualchi de Strasoldo dicens eisdem dominis Decano et Canonicis, quod cum vacante vicedominatu per mortem olim domini Federici Boyani de Civitate, vacante sede Aquilejensi per mortem bone memorie domini Nicolai Patriarche Aquilejensis dignati fuerint ipsum licet indignum et non sufficientem eligere et constituere in Vicedominum Aquilejensis Ecclesie et Patrie, Fori julii, et illo tempore de reddenda legali ratione de omnibus perveniendis ad manus suas de bonis dicte Ecclesie Aquilejensis occasione dicti officii vicedominatus domino Patriarche Aquilejensi futuro, seu cui vel quibus, ad quem vel ad quos spectaret, vel pertineret, idoneam prestiterit cautionem.

Da Volumi di documenti racolti dal quondam Monsignor Giusto Fontanini d'Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquileja, i quali non hanno titolo, ne numerazione di volume, o di pagina, ed esistono nella Biblioteca del Sig.r Conte Filippo di lui nipote.

Cas.o di Prospetto 21. 7bre 1817.

Francesco di Manzano

1

trecentesi
e decima
presentibus
Notarii ser
Benedicti
de Strasoldo,

um Dei
egregissimum
ste una
omi. Ti
im et Erma=
asoldo et
x una par=
as orte
troversie
it quaeri
hali Spoc
m Patriar=
, et ejus
Capitu=
ernam
ntrait
de contra
ro

1360 12 giugno Accomodamento tra il Patriarca e li Strasoldo maneggiato da Francesco di Carrara sul Vicedominato tenuto da Odorico con patti contro S.... ribelle. 103. 1

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione decima quarta (deve dire 13) die decima secunda junii in Strasoldo in Ecclesia Sancti Nicolai dicti loci presentibus testibus providis viris Joanne de Prato olim D. Jacobi Notarii, ser Navonero quondam D. Odorici Zuanesino quondam Stefani Benedicti de Civitate Austrie, Petro quondam ser Joannis dicti loci de Strasoldo, et aliis.

Cum inter Reverendissimum in Christo Patrem, et D. Ludovicum Dei et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignissimum Patriarcham pro se et Ecclesia sua Aquilejensis ex parte una et Nobiles viros Gabrielem filium quondam Nobilis D. Comi, Nicolaum quondam Francisci, et Odoricum Thomam Bernardum et Ermacoram fratres et filios quondam D. Ossalchi omnes de Strasoldo et maxime inter prefatum D. Patriarcham ut dictum est ex una parte, et prefatum D. Odoricum quondam D. Ossalchi ex altera parte fuerunt materie questionum insurrexerint altercationes controversie seu lites occasione Regiminis vicedominatus quem gessit gubernavit administravit et rexit prefatus Odoricus Patriarchatu Sede vacante per mortem bone memorie Domini Nicolai olim Patriarche dicte Ecclesie Aquilejensis ad quem vicedominatum, et ejus regimen assumptus fuit predictus Odoricus et electus per Capitulum Aquilejensis Ecclesie, ut dicitur secundum consuetudinem antiquatam quandocumque, et quotiescumque ut dicitur contigit vacare Ecclesiam sepe dictam a tanto tempore citra quod de contrario

2

rio memoria non existit et cum ratione predictorum omnium
tractatus multiplex habitus sit inter partes predictas mediantibus
multis Nobilibus, et alijs pluribus Patrie Forijulij amicis comunibus
partium predictarum nec non in servitute, et subiectione prefati
~~deputat~~ D. Patriarche, et Aquilejensis Ecclesie ut tollerentur omnes
altercationes amputarentur contentiones, et rixe removerentur
scandala inde orta, et resecaretur omnis materia jurgiorum inde
natorum et nasciturarorum ad hoc finaliter est deventum quod
prefatus Reverendissimus Pater et Dominus Patriarcha more pro-
prii Patris et Domini ob reverentiam, dilectionem, et amorem
quem gessit et gerit ad magnificum et potentem Dominum
Franciscum de Carraria Civitatis Padue, et pro imperiali majesta-
te Romanorum Generalem Vicarium qui toto suo posse labora-
vit semper, et laborat continue pro ut potest ut sitentur discor-
die, et extinguantur odia contentiones, et rixe et maxime in
causa presenti contentus est quod de predictis omnibus predictus
magnificus D. Franciscus videat, audiat intelligat examinet
discutiet, et definiat pro ut Nobilitati sue videbitur esse equum
rationabile sive justum sicut verbo jam venerabili viro D. Am-
brosio de Parma discreto Doctori Canonico Vincentie dicti D.
Patriarcha Vicario in Spiritualibus Generali expositum est, et
dictum per predictum D. Patriarcham promissione promitens
facta, et juramento firmata per prefatos Nobiles de Strasoldo
omnes, et singulos superius nominatos predicto D. Ambrosio

recip-

Die predictis, loco, seu modicum postea predicta superius acta, et descripta constitutus in judicio coram dicto Domino Nicolussio tamquam judice prolandi sententiam dato, et deputato Mucius preco communis sti Danielis

sacramento

Sacramento sui officij respondit, et dixit, quod cum per laudum, et
sententiam eidem fuisset ad petitionem dicti Domini Marascalchi per dictum
Dominum judicem commissum ad presentandum duas cedulas predictis Domi=
nis Gualtirpertoldo, et henrico fratribus de Spegnimbergo certam conti=
nentes citationem, ac eidem commissum fuisset ad sciendum ab ipsis de
spegnimbergo primo si eum secure permittere volebant intrare dictum
locum Spegnimbergi, et eum affidare eundo, stando, et illinc redeundo, do=
nec cedulas eis presentaverit, ad dictum locum super foveam accessit,
et ibidem proclamavit alta voce intrinsecos de Spegnimbergo, et eis di=
xit si volebant eum secure permittere dictum locum intrare, ac ipsum
affidare eundo, stando, et redeundo donec ipsis Dominis de spegnimbergo
cedulas quasdam ex parte dicti Domini Nicolussij judicis ad petitionem
dicti Domini Marescalchi appresentaverit, cui per homines de dicto
loco spegnimbergi Trufantes de ipso precone responsum fuit, vade, et
recede hinc, et cave tibi, in quantum vis vivere, ne intres, quia cras
tibi super hoc cum deliberatione respondebitur; qua relatione audita, peten=
te dicto Domino judice ad instantiam et requisitionem dicti Domini
Marescalchi per sententiam ab astantibus diffiniri quid juris, per omnes
extitit astantes sententiatum, quod iterato illuc ire debeat, et a predictis
de spegnimbergo dictus preco scire, si volebant eum secure permittere
dictum locum intrare, et affidare volebant ad faciendum dictum man=
datum, seu dictas cedulas presentandum eundo, stando, et illinc redeun=
do, quod si fecerunt eis personaliter ~~pluries~~ dictas cedulas appresentet, et ~~quod~~ det
preco predictus, aliter faciat, et vos per cridas citet fiendum ~~faciendam~~
ante dictum locum spegnimbergi per distantiam tantam quod dicto
preconi non possit offendi, cedulas ibidem dimittendo, quod valeat
ac si personaliter ~~pluries~~ vos citasset, tanquam idem Dominus judex sic ipsa

Lata

lata sententia eidem mutio preconi commisit quatenus faceret, quod facere debeat ~~judex~~ ipsi dictam latam sententiam.

Die predicta. Actum super fouea ~~Spegimbergi~~ Spegnimbergi predicti, que est antea campanile majoris ecclesie dicte terre Spegnimbergi, ~~presentim~~ presentibus Alovisio quondam ser Brusini de Toppo utini habitante, Leonardello quondam ser osalti de gluuidincho utini habitante, ghambro de Sumetio, francischino quondam philippi de Rauena, joanne de placentia, et joanne de Mantua, omnibus tribus predictis conestabilibus trium Banderarum communis Terre utini, Christophoro de justinis, Dominico quondam joanne de utino, stephano de mugla, Nicolao de Segna, federico de Bonaldo, Clerico quondam ghiugelmi de nouaria, et pasquale quondam jacobi de Tergesto Testibus, et aliis pluribus in multitudine copiosa vocatis, et rogatis, Coram dictis Testibus, et me notario infrascripto Mucius preco communis Sancti Danielis in dicto loco existens alta voce dictos Dominos qualtirpersoldum, et henricum uocauit, et dixit, si affidationem sue persone habere ~~procurat~~ poterat, eundo in dictum locum Spegnimbergi, stando, et illinc redeundo, donec ipsis Dominis quoddam fecerit mandatum, seu cedulas quasdam ad petitionem supradicti Domini Marescolchi ex parte dicti Domini judicis per sententiam deputati appresentauerit, cui responsum fuit per quandam intrinsecum de Spegnimbergo, cujus notitiam ignoro, congregata turba magna hominum cum armis super dicto fossato a parte intrinseca, et sub pergola, que est penes castrum Spegnimbergi, et dictum fuit eidem preconi, quod si cedule ipsis Dominis de Spegnimbergo placebant, sciat ipse preco quod affidatum ipsum dicti Domini esse, et habere volunt, sin autem dicte cedule eis non placerent Sciat quod statim ipsum preconem suspendi per guttur facient, ~~tunc quem~~ tuncque his auditis, et tali facta eidem preconi responsione non volens, nec

presumens

presumens dictus preco ipsum locum spegnimbergi intrare, coram dictis testibus, et me nicolao notario infrascripto in dicto loco ~~iudicem~~ [iuxta] tenorem dicte cedule, secundum quod datum fuit per laudum, et sententiam alta voce preconia proclamavit, me nicolao notario ipsam cedulam legente, et vulgarizante, et ipso precone dictam sequente vulgarizationem, cuius quidem cedule tenor talis est, et fuit:

Ex parte Nobilis viri Domini Nicolussij de villalta tamquam judicis specialiter per laudum, et sententiam dati, et deputati loco infrascripti Domini Marescalchi, mandetur per mutium preconem communis sancti Danielis ad petitionem nobilis viri Domini Raynaldi Reverendissimi in christo patris, et domini nostri domini Ludovici Dei gratia sancte sedis aquilegiensis pathriarca dignissimi honorabilis marescalchi, Nobilibus viris Dominis Ualtirpertoloo militi, et henrico fratribus filiis quondam nobilis militis Domini Bartholomei de spegnimbergo, quatenus compareant personaliter in utino coram dicto Domino judice die veneris proximo futuro inter nonam et vesperas ad faciendam eorum excusationem de ~~spegnimbergo~~ conspiratione, et tractatu factis et commissis contra propriam personam dicti Domini pathriarce et contra terras, et loca ipsius ~~ipsius~~ Domini pathriarce et ecclesie sue, ipsos suo dominio, et voluntati Tyrannice subjugare volendo, ac de rebellione, et proditione commissis, et perpetratis contra ipsum Dominum pathriarcam eiusque ecclesiam se alteri dominio submittendo, et ipsum proprium Dominum denegando, ad ipsius Domini pathriarce, et suorum fidelium, et ecclesie sue destructionem, et finalem demolitionem, nec non de mercatorum spoliationibus, et ipsorum mercatorum occisionibus, seu homicidijs in ipsos crudeliter per dictos Dominos de spegnimbergo commissis, de depredatorum . . . . violatorum in locis per ipsos detentis receptatione, ac alijs pluribus enormibus, et evidentibus

delictis

delictis per ipsos commissis, et perpetratis, cum hoc quod sint affidati in Bonis, pariterque personis veniendo, stando, et Redeundo, et si galay=tum voluerint, et petierint, sciant quod eis bonum et sufficiens per dictum Dominum Marescalchum dabitur salvis semper justitia, et jure, alio=quin noscant quod nisi die, loco, et hora predictis, coram dicto Domi=no judice, ad faciendam eorum excusationem super predictis comparue=rint, contra ipsorum proprias personas, bonaque tam propria, quam feudalia procedetur, pro ut juris, et consuetudinis, ac ~~proprie~~ patrie fori julij constitutionum ordo dictaverit, et requiret: et predicta omnia ~~per~~ ~~quod~~ per dictum preconem alta voce proclamentur ante locum spegnim=bergi, per distantiam tantam quo dicto preconi non possit offendi, si ipsum preconem ad faciendum ipsum mandatum, seu cedulas predictas presentandum, eundo, stando, et redeundo affidare noluerint, et valeat ac si ~~plures~~ personaliter eos citasset, pro ut datum est per laudum, et sententiam. Datum apud rippam Tulmenti ante ecclesiam Sancti joannis pe=nes spegnimbergum die sextodecimo octobris millesimo trecentesimo sexagesimo quarto indictione secunda. Et ego Nicolaus notarius filius ~~quondam~~ ser Marini de Florentia utini habitans scripsi. qua quidem proclamatione per dictum preconem sit facta, idem preco coram dictis testibus, et me dicto Nicolao notario duas cedulas dicti tenoris super dicta fovea proiecit, et dimisit dicens alta voce: acci=pite has cedulas ut clariores vos domini de spegnimbergo de citatione contra vos facta sitis, de quibus ~~o~~ omnibus publicum fui rogatus conficere instrumentum.

Die veneris decimo octavo octobris, Actum utini aquilejensis diecesis sub logia communis presentibus Nobilibus, et Sapientibus viris dominis ~~alia~~ Elia legum doctore quondam ser ~~Guberini~~ Gubertini de utino, Ludovico filio Domini Cavalcani de laturre, Ulvino de prampergo, Nicolao quondam domini

Domini francisci de strasoldo, Nichillo quondam Domini Galuani de maniaco, Andrea Moraceno de venetijs, Paulo filio Domini Riccardi de colloveto, Catero della fratina, Joanne de Castillerio, Odorico de ponta de cavnea, Dreogna quondam nobilis militis Domini francisci de sbrogliauaca, Nicolussio orbiti de utino, Aluisio quondam ser Andreę de camillo de janua, Andriotta de Andriottis de castro utini, et Bellono de Bellonis de utino; Nec non discretis viris ser hectore notario quondam odorici miulite, simone notario quondam Zanutti, Nicolao quondam ser valentini, odorico quondam Domini philipussij Ragnerotti, philippo ser Albergati cozetta notario, pinzarino notario, Leonarducio dicto cont predictis de utino, federico de faganea, francisco de nimis, nicolao notario quondam magistri gregorii de utino, nicolussio, et martino fratribus notariis filiis quondam Thomasini de utino, francisco notario miulite de utino, Nicolussio notario quondam dominici Zivbini de utino, hermano notario, qui fuit de Billerio, francisco notario quondam Thomasij Thuscicutussa bonben de florentia, Ambrosio notario, Nicolao notario quondam Bartholomei pellipari, joanne notario quondam Bartholomei imperatoris, Leonardo notario filio dominici pettenat, francisco notario quondam Serayrici, ~~francisco~~ Laurentio notario filio Gholli, candido notario filio joanne de utino, Leonarducio Uguccionis, joanne notario filio Doriussij, Agone filio philippi notario supradicti, Durino notario filio Augustini, sireno notario, jacobo Liossij, jacomatio sartore, et Guarnerio sartore filio Redulfucii, his utini habitantibus, testibus ad hęc vocatis, et rogatis, ~~aliis~~ et aliis quam pluribus in moltitudine copiosa.

Comparuit in judicio coram Nobili viro Domino Nicolussio de villalta tanquam judice contra infrascriptos nobiles de Spegnimbergo, et eorum bona in causa infrascripta specialiter per laudum, et sententiam dato, et

deputato

deputato Nobilis vir Dominus Raynoldus dicti Domini nostri pathriarche aquilejensis honorabilis marescalchus, et proposuit dicens quod per cridam, prout datum fuit per laudum, et sententiam citari fecit Nobiles viros Dominos qualtirpertoldum militem, et henricum fratres filios quondam nobilis militis Domini Bartholomei de spegnimbergo, ac eis ex parte dicti Domini judicis mandari, quatenus ~~specialiter~~ personaliter ad diem hodiernam inter Nonam et vesperas in utino coram dicto Domino judice comparere deberent ad faciendam eorum excusationem de conspiratione et tractatu factis, et commissis contra propriam personam dicti Domini pathriarce, et contra terras, et loca ipsius Domini pathriarche, et Ecclesie sue, ipsos suo Dominio, et voluntati subjugare volendo, ac de rebellione, et proditione commissis et perpetratis contra ipsum Dominum pathriarcam, eiusque ecclesiam se alteri Dominio submittendo et proprium Dominum suum denegando, ad ~~eius~~ ipsius Domini pathriarce, et suorum fidelium, ac eius ecclesie destructionem et finalem demolitionem, nec non de mercatorum spoliationibus, et ipsorum mercatorum occisionibus, seu homicidiis contra ipsos crudeliter per dictos Dominos de spegnimbergo commissis, de depredatorum, et stratarum violatorum in locis per ipsos detentis receptatione, ac de aliis pluribus enormibus, et evidentibus delictis per ipsos commissis, et perpetratis in affidando ipsos in bonis pariterque personis, veniendo, stando, et redeundo, ac eis offerendo dare bonum, et sufficiens gasagium si voluerint, et petierint, salvis semper justitia, et jura, notificandoque, quod si ad faciendum eorum super predictis excusationem dictis die, loco, et hora coram dicto Domino judice non comparuerint, contra ipsorum proprias personas, bonaque tam propria, quam feudalia, procederetur prout juris, et patrie fori justi

consuetudinis

consuetudinis, ac constitutionum ordo dictaverit, et requiret, quare cum non
compareant, et hora termini iam videatur expirare, suplicavit
idem Dominus Marescalchus dicto Domino judici quatenus peteret per
sententiam diffiniri quid juris, quo Domino judice petente per omnes
astantes, nemine penitus discrepante, excepto uno, sententiatum fuit pro
ut in terminis .... moris est, primo quod ad aliud preceeatur,
proclamari debeant ad scolas lozie predicte, ut statim compareant ad
faciendam eorum excusationem super predictis coram dicto Domino judice,
offidando ipsos in personis, pariterque bonis, et galaijtum dare si volue-
rint, et petierint, offerendo, salvis semper justitia, et jura, notificando-
que, quod si non comparuerint, contra ipsorum proprias personas, bona-
que tam propria, quam feudalia procederetur, prout juris, et consue-
tudinis ac patrie fori julij ~~constitutum ordo proclamatur~~ constitutionum ordo declaratur et requirit, qua ~~set facta~~
~~per petrum~~ proclamatione sic facta, per Petrum parvum preconem communis utini in dicto loco, ex commis-
sione ~~spiris~~ sibi per dictum Dominum judicem, virtute dicte late senten-
tie apposita, et ipsius ~~proclamatis~~ proclamationi facta relatione ad judicium co-
ram dicto Domino judice recitata, et per dictum petrum preconem
statim narrata, secundum quod sententiatum fuit dictum Dominum
Marescalchum de dicta proclamatione bona, et legitima fidem fe-
cisse, non comparentibus dictis Dominis Vualtripertoldo, et henrico fra-
tribus de Spegnimbergo, et petente ulterius dicto Domino judice ad
instantiam, et requisitionem dicti Domini Marescalchi sententialiter
super predictis ab Astantibus diffiniri quid juris, sententiatum
fuit per omnes astantes, nemine penitus discrepante, excepto uno
predicto, facta ibidem fide primo diligenti de sententia, ex qua in
~~bona~~ hac causa, et contra personas predictas datus, et deputatus

fuit

fuit prefatus Dominus Nicolussius de villalta judex, et loco ipsius Domini Marescalchi positus ac de sententia lata quod predicti Domini de Spegnimbergo citari debebant per cridam nec non de dicto termino ad diem hodiernam horamque, et locum declaratum assignato, et ipsius termini, seu citationis proclamatione facta ut supra propositum est, per tres notos, et unam cedulam manu mei nicolai notarij infrascripti, scriptos, et annotatos, sub dictis millesimo, et indictione die vero sexto decimo mensis octobris, ibidem in judicio per me dictum Nicolaum notarium de mandato dicti Domini judicis productos, et lectos, prout de predictis omnibus sententiis termino, ac proclamatione, petente dicto Domino judice ad requisitionem dicti Domini Marescalchi, ibidem sententiatum fuit ipsum Dominum Marescalchum bene, et legitime fidem fecisse, quod propter derobationes, seu spoliationes mercatorum, et occisiones, seu homicidia in ipsos mercatores per Domino de Spegnimbergo crudeliter commissas nec non propter derobatorum stratarum in locis eorum receptationes, de quibus postquam non comparent, pro confessis habentur, debent virtute constitutionis colloquij generalis ibidem in publica forma per dictum Dominum Marescalchum ad judicium producte, lecteque per me nicolaum notarium infrascriptum, cujus tenor cum notarii subscriptione inferius annotatur: perpetuo ab aquilegiense ecclesia, eiusque totius dominio, et districtu sub capitali pena de cetero .... banniti et imperiali banno predicto proclamari debent Domini predicti de Spegnimbergo, ita quod si de cetero capi possent, debeant decapitari, ita, et taliter quod moriantur, preterea per predictos fuit astantes sensententiatum quod propter conspirationes, et tractatus facto et commissos contra propriam personam dicti Domini pathriarche et contra

terras

servos, et loca ipsius Domini pathriarche, et eius ecclesie suo dominio, et voluntati subiugare volendo, nec non propter rebellionem, et preditionem contra ipsum Dominum pathriarcam, eiusque ecclesiam commissas, et perpetratas, se alteri Dominio submittendo, et ipsum Dominum suum Dominum pathriarcam, eiusque Ecclesiam denegando, ad ipsius Domini pathriarche fideliumque suorum, et ecclesie sue prelibate destructionem, et finalem demolitionem, de quibus omnibus, postquam non comparent, habentur pro confessis, ~~omnia~~ licet hec sint notoria, et de his ipsorum experientia publica demonstravit, videlicet venire plures faciendo dicti Domini patriarche, et ecclesie sue inimicos, et mortales destructiones, ipsosque in locis eorundem Dominorum de Spegnimbergo receptando, retinendo, victualiaque eis prestando, incendiis, spoliis, et rapinis ipsam Ecclesiam aquilegiensem, eiusque subditos, et fideles, eorumque bona submittendo: qua quidem crudelissima, et enormissima delicta, et perpetrationes sunt, et usque ad humane vite exitum intollerabilia, debent de cetero predicti domini de spegnimbergo ab aquilejense Ecclesia eiusque totius dominio, et districtu sub capitali pena, perpetuo esse banniti, et Imperiali banno capitali proclamari, ita quod si capi a modo possent, debeant decapitari, ita quod taliter quod moriantur. Sententiatum fuit per dictos astantes, quod inspectis, et consideratis tam enormissimis, tam crudelissimis, tam intollerabilibus, et tam fastidiosissimis delictis, maxime rebellione et proditione, quibus sint predicti Domini Vualtirpertoldus, et henricus fratres de spegnimbergo, et esse debeant omnibus, et eorum bonis, tam propriis, quam feudalibus cuiuscumque conditionis existant, perpetuo privati, ipsi domino pathriarche, eiusque Ecclesie aquilegiensis applicandis, ad quorum omnium bonorum, tam propriorum, quam feudalium possessionem suscipiendam, et in Tenutam ipsorum corporalem intrandum Dari debebit per dictum Dominum judicem eidem Domino no-

recolenda.

vescalcho vice, et nomine dicti domini pathriarche, et ecclesie aquilejensis recipienti nuntius, qui ipsum dominum pathriarcam, vel aliam personam ipsius nomine recipientem in tenutam, et possessionem bonorum omnium tam propriorum, quam feudalium predictorum dominorum de Spegnimbergo, imponat, et inducat, salvo quod de ipsorum dominorum de Spegnimbergo bonis ipsi domino pathriarche, et ecclesie sue nunc sit applicatis, et cum ipsis per dictum dominum pathriarcam omnibus mercatoribus per ipsos spoliatis petentibus, vel eorum heredibus, quod justum petierint, et eis spoliatum per dictos dominos de spegnimbergo esse dixerint, integraliter satisfiat, et satisfieri debeat: qua sententia sit lata, et ipsius vigore idem dominus judex eidem domino marescalcho in nuntium, et pro nuntio ad proclamandos predictos dominos de spegnimbergo imperiali banno sub capitoli pena, iuxta dictam latam sententiam dedit predictum petrum parvum preconem communis utini, quem similiter in nuntium, et pro nuntio dedit, et assignavit eidem domino marescalcho vice, et nomine dicti domini pathriarche, eiusque ecclesie recipientis ad inducendum, et ponendum ipsum dominum pathriarcam vel aliam personam ipsius nomine recipientem in tenutam et possessionem bonorum omnium predictorum tam propriorum, quam feudalium dictorum dominorum de spegnimbergo mandans eidem petro preconi quatenus faciat, adimpleat, et exequatur secundum quod superius extitit sententiatum. Tenor autem prenominate producte constitutionis talis est: In Nomine domini Amen, Anno ejusdem nativitatis millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione duodecima, die mercurii, septimo mensis junij: utini in sala inferiori castri et palatij pathriarcalis: in qua celebratum fuit planum, et generale colloquium per reverendum in christo patrem et dominum dominum paganum dei gratia sancte sedis aquilegiensis pathriarcam infrascripta facta, firmata, et ordinata fuerunt, in quo quidem colloquio interfuerunt infrascripte notabiles

biles persone. videlicet Dominus ghilegelmus decanus aquilegiensis, dominus Ludovicus Abbas sextensis, dominus guido decanus ciuitatensis, dominus Leonardus de pavcilleis propositus sancti Stephani aquilejensis, dominus federicus de prampergo miles, Dominus Articus de prampergo miles, dominus hector de utino miles, dominus Asquinus de colloreto, dominus federicus de pers, dominus Thomasutus de cucanea, dominus gherardus de cucanea, dominus joannis de cucanea, dominus nicolaus de cucanea, dominus hendricus de cucanea, dominus Sergius de castro pole, dominus Bernardus de strasoldo, dominus osalchus de strasoldo, dominus odoricus de villalta, dom. ... de cauriaco, Dominus federicus de murutio, dominus ... de Budrio, dominus franciscus de manzano, dominus fantussius della fratina, dominus joannis de rivarotta, Domina Qurissa de varmo, dominus Bellus de savorgnano, dominus Anzuttus de Flagonea, dominus Arnoldus de Brazaco, dominus Conradus de ...... castaldio utini, dominus Saginus de pevina gastaldio ciuitatensis, dominus odoricus, dominus franciscus nasuti ambo nati de utino, maseus notarius, Nicolaus domini giugelmi ambo de aquileja pro dicto communi, dominus giugelmus magistri ualteri, nicolaus tonqus ambo de ciuitate pro dicto communi, franciscus sibiliti notarius de glemona pro dicto communi, Henriginus joannis valla de monte falcone, pro dicto communi, et alii quam plures nobiles, et populares in moltitudine copiosa, inter cetera confirmata fuerunt, et ordinata in dicto colloquio, ordinatum, et firmatum fuit super facto stratarum, quod strata sint secura, et libera omnibus tam mercatoribus, quam aliis quibuscumque personis cuiuscumque conditionis existant, quicumque vero stratas ipsas violare rumpere, vel turbare, spolia, vel derobationes super ipsis committere presumpserit quocumque modo, sive nobilis, sive popularis existat, si potuerit haberi vel capi poterit, pena capitis puniatur si vero haberi vel capi non poterit sub eadem pena perpetuo sit bannitus per universas terras, et a quocunque dominio ecclesie aquilegiensis ita, quod nec in castris

nec

nec in terris Domini pathriarche et totius forijulij stare possit, de bonis vero malefactoris predicti, si quae habebit nec habere poterunt, satisfiat spoliato, usque ad summam eius quod acceptum fuerit sibi, et stet sacramento suo, acceptantes vero malefactores, et derobatores predictos, aut cum re taliter derobata, vel sine, et admittentes eosdem in castris predictis, sive domibus suis, ~~cum spolio et derobatione infra tres dies~~ si scienter fecerint, et ipsum vel ipsos cum spolio et derobatione huiusmodi infra tres dies non presentaverint, et assignaverint Domino pathriarche aut officialibus suis dominium garriti gerentibus, similibus penis subjaceant et contra ipsum, vel ipsos per dominum viriliter procedatur, ac si per ipsum aut ipsos scelus huiusmodi fuisset commissum; Ego Gabriel filius quondam Domini Henrigini de Cremona publicus Imperiali auctoritate notario prefatique Domini pathriarche officialis predictis omnibus presens interfui et hec de ipsius mandato scripsi, signumque meum rogatus consuetum opposui

f. Die predicto decimo octavo octobris, Actum in dicta terra Utini, in platea communis, presentibus discretis viris gabrielo de ~~Andictis~~ cunducitis de Utino, Nicolao quondam ser Valentini de Utino, Nicolussio, et Martino notariis fratribus filiis quondam Thomasini notarii de Utino, et Marino [illegible] de Bononia Utini habitante testibus, et aliis pluribus in multitudine copiosa, coram dictis testibus, et me notario infrascripto petrus parvus ~~preconio~~ precone communis Utini tanquam nuntius datus, et obtentus per laudum, et sententiam ad petitionem, et instantiam supradicti Domini Marescalchi alta voce preconia ~~sub~~ subhastando predictos Dominos Vualtirpertoldum militem, et Henricum fratres de Spegnimbergo propter spolia, et mercatorum derobationes super stratis per ipsos factis, homicidia, et occisiones in ipsos mercatores commissas, et derobatorum et stratarum violatorum receptationes in locis eorum continuatas, ~~et conspiratores~~ tractatus, et conspirationes contra propriam personam supradicti Domini pathriarche et contra terras, et loca ipsius Domini pathriarche et ecclesie sue, ipsas suo dominio et voluntati subjugare volendo, nec non propter

eorum

evidentissimam rebellionem, et proditionem, contra ipsum dominum pathriarcam,
eiusque ecclesiam, se alteri dominio submittendo, suumque proprium dominum
denegando, ad ipsius domini pathriarche suorumque fidelium destructionem,
et finalem demolitionem factos, commissos, et perpetratos, imperiali banno
aquilejensis ecclesie totiusque eius domini, et districtus sub capitali pena,
si capi modo aliquo poterunt, puniendos ad mortem imposuit, et proclama-
vit et in instanti ibidem coram dictis testibus et me nicolao notario infra-
scripto, dictus petrus preco ~~sancto sui~~ sacramento sui officii respondit ~~utini predicti~~, et dixit se sicut
superius scriptum est alta voce preconia dixisse, et proclamasse:

Die predicto, Actum in dicta terra utini in foro novo super rosta, ubi proclama-
tiones fieri solent, presentibus, provido, et ~~suprascripti~~ sapienti viro magistro la-
zaro physico, ipsius ~~sententie~~ scientie doctorato, pagano quondam ser francisci,
pilluto hospite, bonaguida speciario, joanne zillii pilipari, joannutto por-
cario quondam jacobi, jacobo mulla precone communis utini, omnibus pre-
dictis de utino, et utini habitantibus testibus, et aliis pluribus in multitudi-
ne copiosa, prefatus petrus preco communis utini tanquam nuntius datus
per laudum, et sententiam coram dictis testibus, et me ~~notario~~ Nicolao no-
tario infrascripto predictos duos de spegnimbergo alta voce preconia subhos-
tando sub modo, et forma, et substantia predictis, imperiali banno aquilegien-
sis ecclesie eiusque totius domini, et districtus capitali pena usque ad
humane vite exitum, ~~si~~ modo aliquo capi poterunt puniendos impo-
suit, et proclamavit, et in instanti ibidem coram dictis testibus, et me
nicolao notario suprascriptis predictus petrus preco sui officii sacramen-
to respondit, et dixit ~~in~~ se sicut superius scriptum est, alta voce preconia
dixisse, et proclamasse.

Die predicto, Actum utini, aquilegiensis diocesis in camera superiori turris
patriarcalis palatii, consilium generalis celebratum fuit per Reverendissimum

in Christo Patrem et Dominum Ludovicum pathriarcam aquilegiensem predictum, in quo iatus interfuerunt venerabiles viri domini guido Abbas mosacensis, guido concordiensis propositus, Brizavallus de clevis de Asto sancti stephani prope aquilegiam prepositus, Nobiles viri domini franciscus miles de savorgnano, panzera cappo et ludovicus de latorre, Nicolussius de villalta, Nicolaus de strasoldo, olvinus de prampergo, Bregogna de sbroglianacha, joannes de pulcinico, et Tatarus della fratina, sapiens vir dominus jacobus de la porta de Glemona, in jure civili licentiatus, discreti viri ser Nicolussius orbiti de utino, joannes quondam domini gubertini utini habitantes, et gandiosus de sancto vito ambo notarii dicti domini pathriarche in dicto consilio per dictum dominum nostrum Dominum pathriarcam, et de ipsius mandato congregato, ut moris est, supradicti omnes processus, et sententie lecti, lecteque, et ad intelligentiam declarati, declarateque per omnes supradictos consiliarios, nemine penitus discrepante, consideratis nefandis, et scellerosis machinationibus per prefatos duos de spegnimbergo continue perpetratis, et in quibus perseverare non cessant, fuerunt affirmati, et approbati, ac ibidem consultum, et determinatum fuit per omnes supradictos consiliarios, nemine discrepante, quod supradictus dominus commissarius, et ipsius domini Nostri domini pathriarche marescalchus, cum potentia sua, et dicti domini pathriarche ut justicia suum sortiatur effectum, dictos omnes processus exequi, et executioni, juxta eorum continentiam, tanquam rationabiles, et juste secundum consuetudines, et ritum patrie fori julij formatos mandare debebat, in quibus omnibus supra Rogatus fui ego Nicolaus notarius filius ser manini de florentia utini habitans publicum, et publica conficere instrumenta.

Ex notis, et prothotollis quondam Egregii ser Nicolai olim ser manini de

florentia

Florentia notarij utinensis . mihi et egregio ser josepho elitheo ta=
bellioni una cum notis compluvium note exhibite requisitus ego joan=
nes maria quondam Domini alouisij de Ucellis notarius collegiatus Uti=
ni aliena fida manu eduxi appositis meis signo et nomine de moris
in fidem , et testimonium premissorum .

Utini die XXI aprilis 1555

Bernardinus venerio
Patrie fori julij locumtenens

Attestamur suprascriptum egregium ser Joannem Mariam de Ucellis
esse notarium Utini collegiatum bone conditionis , et fame , cujus scriptu=
ris publicis hic inclusis adhibetur fides in quorum fide . &c

Utini die XXII Aprilis 1555

Martinus notarius Cancellarie Utini mandato

Dalla suddetta copia autentica esistente presso
gli eredi del qm Sig. Abbate Puppi di Spi=
limbergo

Cas.º di Porpetto 19. agosto
1816.

Frangipane

1366 Carlo quarto rinova al Pat: Marquardo gli antichi privilegii dei predecessori. 172.

Confirmatio donationis totius Patrie Forijulii facta Domino Marquardo Aquilejensis Patriarche ceterisque successoribus anno 1366

In Nomine Sancte et individue Trinitatis feliciter Amen.

Carolus IV divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex, et ad perpetuum rei memoriam

Etsi Imperialis benignitas grata clementia universorum, quos sacri Romani Imperii latitudo complectitur felicibus profectibus, gratiis, commodis, et speratis augmentis dignetur intendere ad illorum tamen profectus, et commoda diligentia, et studio clementius inclinare consuevit, quorum fides, et nota merita continuatis orationibus ceteros antecellunt. Sane constitutus in Nostre Majestatis presentia venerabilis Marquardus Sancte Aquilejensis Ecclesie Patriarcha Princeps, et consiliarius, et devotus noster Dilectus Nobis humiliter cum instantia supplicavit, quatenus Privilegia sua, sibi, et Predecessoribus suis Patriarchis, et Ecclesie sue Aquilejensi a divis Precessoribus Nostris Imperatoribus, et Regibus Romanis concessa, et contenta in ipsis, nec non omnes libertates, immunitates, gratias, et indulta super quibuscumque gratiis, juribus, et rebus inferius denotatis, que usi sunt hactenus, et gavisi approbare, ratificare, auctorizare, innovare, confirmare, et denuo concedere auctoritate Cesarea dignaremur presertim cum sui Predecessores nonnullas Terras, castra jura, et dominia per violentiam et injuriam amisissent

et

et plura privilegia ex vetustate abolita, et quedam ex negli-
gentia perdita, quędam rupta.

Veruntamen dum ejusdem Principis Nostri probitatis, et indefessę virtutis constantiam accurate respicimus, dumque ad suę fidei diligentiam, et labores eximios, quibus pro Nostris, et Sacri Imperii desudavit honoribus, aciem nostre mentis dirigimus profecto ad ipsius Aquilejensis Ecclesię instaurandos profectus, et commoda tanto fortius animamur quanto ipsa antiquitus pre ceteris Ecclesiis Nobile membrum Imperii comprobatur. Tantaque justis ipsius Patriarchę desideriis promptioris exauditionis assensu favemus, quanto ipsius virtutes, et fidem experimento pręsentimus notitia clariores. Nos igitur zelo pure devotionis accensi pręmissa intuentes ad gloriam Dei, et genetricis ipsius Beatę virginis gloriose in cujus honore dicta Ecclesia Aquilejensis dicata dignoscitur animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed Principum, et Procerum Nostrorum accedentium consilio omnes liberales gratias, et indulta, nec non omnia, et singula Privilegia dicto Marquardo, et Predecessoribus suis, et eidem Aquilejensi Ecclesię a Nobis, aut a Predecessoribus Nostris Divinis Imperatoribus et Regibus Romanis concessa, et contenta in eis, ac si de verbo ad verbum forent inserta presentibus, cum omnibus, et singulis clausulis, punctis, et articulis nominatim, et spe specifice denotata super quibuscumque Principatibus, Dominiis, Terris, Territoriis, districtus fortilicijs, et

castris

castris, munitionibus rebus, Bonis, Possessionibus, Prediis juri-
bus, judiciis altis et bassis, jurisdictionibus, honoribus, Libertatibus
monetis cudendis, Notariis publicis, et monetariis creandis, ju-
rispatronatibus, servitiis, prestationibus, immunitatibus, gratiis
largitionibus, exemptionibus, donationibus, et concessionibus a nostra cel-
situdine, vel predecessoribus Nostris donata, et con-
cessa sint aut etiam confirmata, nec non super castris, munitio-
nibus, Terris, juribus, rebus, et Bonis, in quorum et quarum pos-
sessionem olim Patriarche, aut Ecclesia Aquilejensis, etiam per in-
juriam, aut per violentiam detinuerunt innovamus, ~~ac de novo
de speciali gratia concedimus, et largimur de imperialis ple-
nitudine~~, ratificamus, auctorizamus, approbamus ex certa
scientia affirmamus, ac de novo de speciali gratia concedi-
mus, et largimus de imperialis plenitudine potestatis decer-
nentes, quod in castris, districtibus, possessionibus et Bonis
injuste detentis, vel quomodolibet occupatis, quibuscumque no-
minibus appellentur injuste, et male fidei possessiones adver-
sus predictum principem Nostrum, successores suos Patriarchas
Ecclesiam Aquilejensem bona et jura hujusmodi nulla se possint
longi vel longissimi temporis prescriptione tueri, ac suplentes omnem
defectum, et quid in litteris, et Privilegiis Predecessorum Nostro-
rum Romanorum imperatorum Regum recolende memorie &c.

In copia in Libro senza titolo, e senza numera-
zione di carte esistente presso il Sig. Co. Giacomo
Belgrado — Verso il fine del Libro, che comincia
con una Cronica Latina

Cas. di Porpetto 15. 8bre 1816.

Frangipane

1367. 3 Luglio — Convenzione sulla chiesa di S. Giorgio di Udine fra il capitolo e l'ordine gerosolimitano.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1367 indictione 5.ta die sabbati 3.o mensis Julii. Actum Utini Aquilejensis Diœcesis in cappella S.ti Petri prope Majorem ecclesiam S.te Marie de Utino. Presentibus Testibus sequentibus, et Providis viris D. Dominis Clia, et Azolino de Gubertinis de Utino Legum Doctoribus, Ludovico de Saulo Licentiato in jure canonico, Presbitero Petro de Utino Beneficiato in prefata majori ecclesia S.te Marie de Utino, Joanne de Glavanis de Regio Curie Utinensis, et aliis pluribus vocatis specialiter, et rogatis.

Congregato, et convocato Capitulo Ecclesie majoris predicte Sancte Marie de Utino, in predicta capella Sancti Petri prope dictam majorem ecclesiam Utinensem ubi consuevit capitulum dicte ecclesie congregari ad sonum campanelle more solito ad infrascripta specialiter facienda, tractanda, ordinanda, firmanda, et efficaciter finienda. In quo quidem capitulo interfuerunt Venerabilis viri Domini Raimundus de Padua Decanus, Zanetus Lucie, Nicolaus dictus homo, Franciscus de Fulcinico, Sacerdotes, Michael de Concordia, Bartholomeus q. Magnifici Albertini Physici, Guelielmus de Utino omnes Canonici dicte Majoris ecclesie Utini cum plures tunc non essent Canonici apud ipsam Ecclesiam personaliter residentes facientes Capitulum, et tamquam Capitulum ipsius Majoris Ecclesie. Prefati Domini Raymundus Decanus et Canonici, et Capitulum de majoris Ecclesie de Utino ex parte una et Honorabilis, ac Honestus vir Frater Matheus de Gragnana Priore Hospitalis Sancti Bartholomei della volta Aquilejensis Diœcesis Ordinis Sancti Joannis Jerosolimitani nomine suo proprio ac vice, et nomine totius ordinis Sancti Joannis Jerosolimitani ex parte altera; infrascripta omnia, et singula pacta, et

et conventiones diutius inter ipsas partes ordinata, habita et tractata laudaverunt ratificaverunt, et approbaverunt in omnibus et per totum, ut inferius per ordinem sunt descripta, decernentes, volentes, asserentes, et confirmantes ipsae partes hinc inde de cetero obtinere perpetuam roboris firmitatem, et sic ea inter ipsas partes firma, et rata habere, et teneri, et inviolabiliter observari.

Tenor veri dictorum pactorum et conventionum inter dictas partes diutius ordinatorum habitorum, et tractatorum sequitur in hec verba videlicet

Contenti sunt venerabiles viri Dominus Raymundus de Saona Decanus, Canonici, et Capitulum Collegiate Ecclesie Sancte Marie majoris de Utino Aquilejensis Diecesis, et Nobilis, et Honorandis Vir frater Meus de Gragnano prior Hospitalis Sancti Bartholomei de la Volta Aquilejensis diecesis Ordinis Sancti Joannis Jerosolimitani, et dictus Ordo habeant Ecclesiam seu Capellam Sancti Georgij Sitam Utini Aquilejensis Diecesis in Burgo Gratiani subjectam ipsi Dominis Decano Canonicis, et Capitulo cum pactis indicatis, et conditionibus infrascriptis.

Primo, quod ipsa Capella, seu Ecclesia Sancti Georgij non habeat, nec habere possit aliquo tempore Baptisma, et quod ~~sedem~~ idem frater Meus, et fratres qui in dicta Ecclesia seu Capella moram habentes neminem baptizare possint, nec Capellanus, nec Capellani qui in dicta Ecclesia seu Capella instituentur, vel ibidem deputabuntur per eos ad ~~[illegible]~~ divinum Officium celebrandum aliquos possint vel valeant baptizare.

Item quod dicta Ecclesia seu Capella non habeat, seu habere debeat sepulturam, et quod dictus frater Meus, aut fratres Capellanus, seu Capellani qui ibidem ressidebunt, non possint neque debeant aliquem vel

vel aliquos sepelire in dicta Ecclesia vel in Cimiterio, etiam si apud illam Ecclesiam vel Cimiterium elligerent sepulturam; Fratres vero residentes apud dictam Ecclesiam, et ibidem morientes sive fuerint concessi, sive donati, seu Familiares Domestici stantes, et viventes sumptibus, et expensis dictorum Fratrum, et Ordinis possint, et valeant, et eis liceat in dicta Ecclesia vel Cimiterio sepiliri.

Item quod dicti Fratres Meus, et Fratres qui ibidem moram trahent, vel Capellanus seu Capellani qui ibidem ponentur per eos ad Divinum officium celebrandum non possint Confessiones audire, vel penitentias imponere, nec Eucharestiam ministrare alicui persone nisi de consensu, et voluntate supradictorum Dominorum Decani Canonicorum et Capituli supradicte majoris Ecclesie Sancte Marie Majoris de Utino, vel majoris et senioris partis ipsorum exceptis eorum fratribus concessis sive Donatis, et Familiaribus Domesticis stantibus, et viventibus sumptibus, et expensibus dictorum Fratrum et Ordinis, quorum Confessiones possint audiri, et eidem Sacra Eucharestia ministrare, per Fratres Capellanum, seu Capellanos ecclesie seu Capelle Sancti Georgij prelibate.

Item quod supradictus Fratres Meus, et Fratres Capellanus seu Capellani qui ibidem deputabuntur per ipsos non possint extremam unctionem alicui dare nec Mulieres post partum in dictam Ecclesiam seu Capellam introducere.

Item quod predictus Fratres Meus, et Fratres teneantur et debeant

nomine

nomine Census singulis annis dare, et consignare fructus seu reditus unius marcę redituum ad usum Curię supradictis Decano, Canonici, et Capitulo in Festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi vel ante videlicet Frumenti St. 6, Avena St. 6. milei St. 6. vini con. 4. danarios 24 Galinas 4. cum Ovis, et surgi St. uno et si dicto Festo Nativitatis Dni non solverent, et post illud Festum omni vice diversis temporibus moniti, et requisiti per dictos Dominos Decanum Canonicos Capitulum, seu Syndicum, et Nuncium ipsorum solvere negaverint, vel recusaverint dictos Redditus et census a tempore requisitionis hujusmodi usque ad Festum Sancti Georgij tunc proxime sequturum dictus frater Meus, et Fratres ipso facto cadant ab omni jure quod habent vel habere possent, in Capella seu Ecclesia supradicta.

Item quod quandocumque Frater Meus, seu fratres dicti Ordinis ement unam marcam ad usum Curię circa Sulmentum in bono loco quę quidem marca habeat redditus eque bonos illis qui continentur in proximo superiori Capitulo et dederunt, et consignaverunt dictis Decano Canonicis, et Capitulo pro censu prędicto, et se, et bona dicti Ordinis Sancti Joannis Jerosolimitani obligata de evictione quod dicti frater Meus, et fratres sint liberi et absoluti a censu et solutione census contenti in proximo superiori Capitulo.

Item prenominati Decanus, Canonici et Capitulum dictam Ecclesiam seu Capellam cum Territorio pertinentijs, et juribus spectantibus et pertinentibus ad dictam Ecclesiam seu Capellam Santi Georgij, et ad ipsos Decanum, Canonicos et Capitulum haberent, vel habere

re possent quomodocumque libere, et expedite dicto fratre meo recipienti nomine quo supra et ordinis dicti sancti Joannis Jerosolimitani donant dimittunt, et libere tradunt, et promittunt eidem fratri meo recipienti nominibus quibus supra dictam Ecclesiam seu Capellam cum suis juribus spectantibus, et pertinentibus ad dictos Decanum Canonicos et Capitulum occasione dicte Ecclesie seu Capelle Sancti Georgij differendere manutenere et varentare ab omni persona Collegio, et universitate, et ipsum frater meus nominibus ante dictis in liberam et pacificam possessionem dicte Ecclesie et jurium suorum inducere, et inductum deffendere sub omnium dicti Capituli obligatione bonorum presentium et futurorum jure Aquilejensis Ecclesie infrascripti Domini Patriarche ac successorum suorum omnibus semper salvo.

Item quod dictus frater meus, et fratres successores sui possint, et valeant facere construere, et construi facere unum hospitalem ad recuperationem substentationem Pauperum Jesu Christi, et in dicto Hospitali constuere, et construi facere unum altare.

Item quod in omnibus suprascriptis interveniat voluntatem, auctoritas, confirmatio Reverendissimi in Christo Patris, et D. D. Marquardi Dei Gratia Sancte Sedis Aquilejensis Patriarche permissio et decretum. De quibus omnibus et singulis sic ibidem tractatis, et ordinatis, ac laudatis ratificatio, et etiam approbatio hinc inde per partes predictos prenominati Domini Rajmundus Decanus, et Canonici nomine suo, et eorum Capitulum, ac frater

meus

Meis nominibus quibus supra rogaverunt me Petrum Notarium infrascriptum conficere debere unum et plura publica Instrumenta.

Ego Petrus q. D. Francischini de Fos de Nova Lucen: cifs diocesis Publicus imperiali auctoritate Notarius, ac Patriarchalis Curie Aquilejensis Officialis, et Scriba pre: dictis omnibus et singulis presens interfui, et cu rogatus publice scripsi meumque signum apposui consuetum &c.

Antescriptum instrumentum apud Reverendissimum Capitulum Utinensium in quodam libro Folio coreo cooperto cum fibula in pricipio cujus libri legitur = liber privilegiorum testamento: rum et aliorum instrumentorum.

Da racolta di carte antiche diverse unite insieme la quale comincia = da Cronaca antica dei Patriarchi d'Aquileja cavata da diverse note fatte in Cividal di Friuli ne' secoli 14. e 15. che esiste presso il Sig.[r] Conte Luigi Ottelio d'Udine = senza numerazione di pagine

Cast.[o] di Porpetto 24 Xbre 1816

Frangipane

gesimo
eva
im ge
ensem
acto
ensis
, nobi
mon
egum
s et
Idom
Fram
o Ro
gnus,

e.
dicti
Anni

Vica
ad Do
nistis
iis in

m

1372. 28. genn.° Decreti del parlamento sulle questioni del castello di Arcano, tra Moruzzo ed Arcano.

In christi nomine amen. Anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, indictione decima die 28 januarij, in castello utini in camera cubiculari infrascripti D. Patriarche cellebratum est consilium generalis collegij per D. nostrum D. Marquardum Patriarcam Aquilejensem in quo consilio interfuerunt venerabiles viri Gregorius Aquilejensis et Octobonus Civitatensis decani, et joannes de Lisono canonicus Aquilejensis Domini joannes de monticulis, et zanninus de prata juris periti, nobiles viri Domini Nicolaus et Morandus de Porciliis milites Symon de Valvasono Paganus de Savorgnano, et Azolinus de Gubertinis legum doctor, Symon de Cucanea, Pellius et Nepos de Morutio Rizardus et Bernardus uterque de Strassoldo Paulus, Federicus, joannes, et Odoricus de Colloreto, Parnerius de Manzano, Nicolaus, et ricardus de Frampergo Hector de Sancto Daniele, Odoricus, et zaninus de Tricano Rodulphus de Portis, et jacobus Nelende de Civitate, et joannes Bragnus, et Nicolaus de Glemona.

Dominus Gregorius Aquilejensis, et Octobonus de Ceneto decani.
Pro nobilibus D. Symon de Valvasono, et Gulielmus de Sancto Daniele.
Pro Communitatibus etiam debent elligi duo electi fecerunt inter se dicti nobilibus impositionem de denariis quadraginta per quolibet Armigero causa solvendi dictis eorum ambasciatoribus.

Super scandolo, seu excessu commisso in judicio coram excelenti D. Vicario per illos de Valvasono et de Colloreto diffinitum fuit, quod Dominus inquiri faciat de his, qui fuerunt culpabiles in premissis, et puniat delinquentes totaliter, quod pena hujusmodi cadat aliis in exemplum

item

Item diffinitum fuit quod detur ordo, et ponatur pena, quod talia de ce-
tero non occurrant.

Super depredatoribus reducentibus se ad certa loca Patrie diffinitum fuit, quod D. ~~difficient~~ districte injungat, quod nullus presumat de cetero tales homines receptare ~~etc~~.

Super infamia, seu differentia illorum de Pulcinico, et de Spilembergo pars utraque debet esse in proximo futuro colloquio ~~...~~ ad faciendam executionem.

Dictis millesimo, indictione, die 19 januarij, actum ubi supra proxime presentibus suprascriptis testibus coram dicto D. Patriarcha in judicio constitutis nobilibus viris D. Paleo, et . . . ejus nepote de Morutio ac Odorico q. Domini Panthaleonis de Tricano ex parte una petente, et D. Odorico q. Domini Nicolussii de Colloreto per se et domina . . . . filia q. domini Berthodi de Tricano ex parte altera se defendente pro causa vertente inter ipsas partes occasione partis Castri de Tricano officij Banderie ecclesie Aquilejensis, et aliorum bonorum seu jurium feudalium que fuerunt dicti q. Domini Berthodi, et que ipsi de Morutio, et de Tricano asserebant ~~esse~~ eis de jure deberi ad ipsos tanquam proximos ex linea masculina dicti q. D. Berthodi spectare potissime quia mulieres non poterant talia bona pheudalia hereditare, supradictus vero D. Odoricus pro se, et dicta sua uxore dixit quod dicta domina in presentia dictorum petentium, et cum eorum consensu et voluntate ~~fuerant~~ fuerit sibi dotata cum quarta parte hereditatis omnium bonorum dicti D. Berthodi cujus ~~...~~ causa si aliquod jus eis competeret in dictis bonis per dictum actum sibi prejudicaverant, et petere

non

non poterant, non confitendo tamen quod dicta bona sint pheuda, vel talia bona, que non possint hereditari per feminas, sicut per masculos super quibus factis ibidem premissis, et aliis pluribus allegationibus et deffensionibus hinc inde per dictas partes, lectoque ibidem totali insto scripto in hac parte manu joannis Notarii de muratio, tandem sententiatum extitit per majorem partem astantium dicto D. Patriarcha petente quod juris, quod idem D. Patriarcha comittere debeat duobus prudentibus, pro ut ibidem comisit sapientibus discretis viris D. Zanino de Pratea juris perito, et Hectori notario ibidem presentibus, qui de dictis bonis utrum essent pheudalia et talia, que non possent hereditari per feminas, vel aliter diligentem inquisitionem ac demum relationem facerent, qua relatione sic facta tunc disputabitur, et procedetur ulterius, ut justum fuerit, quibus omnibus sic per actis, idem D. Patriarcha statuit ipsis partibus terminum ad diem lune sextam quadragesima ad audiendum relationem dictorum D. Zanini, et Hectoris, et procedendum, ut juris fuerit et c.

Et ego Eduricus q. Ser Sebbastiani de Susanis de Utino publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptum generale colloquium Patrie Fori julij cum electionibus, et diffinitionibus super notatis in eo descriptis, nec non actum supranominatum cum sententia, commissione, et admonitione, seu termino statuto, ac omnia et singula suprascripta ex notis, et scripturis q. Nobilis Ser Edovici de Susanis de Utino Notarii ac supranominati Reverendissimi D.

Patri

Patriarche Cancellarij mihi commissis per q. magnificum, et generosum Dominum Jacobum Venerio per Illustrissimo et florentissimo Ducali Dominio venetiarum tunc Patriæ Fori julij locumtenentem et pro ut in eis reperij aliis occupatus per manum alterius hec publicate feci, nihil addendo, vel minuendo, quod sensum mutet, vel aliqualiter variet intellectum, et facta collatione cum originali in omnibus concordari inveni, ideo me subscripsi signo nomineque meis appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Da libro d'antico caratere coperto di carta pecora intitolato = sententiæ Theudales esistente nel nostro Archivio di Castello pagina 22 tergo

Castel di Porpeto 3 Gennaro 1417.

Frangipane

1372. 16. feb° e seg. + Arbitramento tra gli eredi di Moruzzo e di Tricano sui diritti feudali e sulle prerogative dei Signori del castello di Tricano

In Christi nomine amen, anno nativitatis ejusdem millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, indictione decima, die sexto decimo mensis Februarij Utini in Patriarcali Palatio in camera cubiculari infrascripti D. Patriarche, presentibus venerabilibus et sapientibus viris Dominis Gregorio de Tortis de Papia Aquilejensis, et Ottobono de ceneta Civitatensis ecclesiarum decanis Joanne de Monticulis, Helia de Gubertinis, et Zanino de Prata Utini commorantibus juris peritis nobilibus, et discretis viris dominis Francisco et Pagano de Savorgnano, et Symone de Valvasono militibus Hectori q. Dorici Miulite, Nicolai magistri Gregorij, Nicolussio Tervbini, et Joanne Gubertini ambobus notarij Patriarcalibus testibus, et aliis pluribus, coram Reverendissimo in Christo Patre, et Domino Domino Marquardo Dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis dignissimo Patriarca De omni lite, causa, et questione, litibus, causis, querelis, questionibus vertentibus, seu que verti, et esse poterant inter nobiles viros D. Ricum q. D. Federici, et Fridericum q. D. Bertoldi de Morutio pro se, et fratribus suis, pro quibus promisit, et se, ac bona sua obligavit de rato ac Odoricum q. D. Panthaleonis de Tricano ex parte una petentes, et nobiles viros dominos Odoricum q. D. Nicolussij de Colloreto, et Joanninum q. D. Tomasii de Tricano tanquam procuratores, et procuratoriis nominibus Nob. D. Francisce relicta D. Bertholdi olim D. Riccardi de Tricanio per se, et tutoris nomine pupillarum filiarum suarum, et q. dicti D. Bertholdi, nec non domine Nicolussie uxoris dicti D. Odorici de Colloreto, et Naide uxoris dicti D. Joannini, et filiarum supradicti D. Bertholdi, pro quibus omnibus supradicti domini Odoricus, et Joanninus eorum proprijs nominibus promiserunt ac se et bona

ipsorum

ipsorum etiam obligaverunt de rato ex parte altera se deffendentes ex parte nomine et occasione partes castri de Tricano olim spectantes, et pertinentes ad q. d. Rizardum et Bertholdum ejus filium predictos nec non partes vexili, et juris Marscalcie Aquilejensis Ecclesie etiam ad eosdem Dominos per indiviso ut dicit, et per certa rata cum ceteris eorum consortibus de Murussio et Tricano spectantium, ac etiam occasione quorumcumque bonorum Pheudalium q. dictorum feminium in quibus viri masculi, et non femine de jure, seu rationabiliter succedere possunt, atque occasione cujusdam debiti quadraginta Marcarum denariorum Aquilejensis monete, salvo pluri, vel pauciori in quibus dictus Dominus Odoricus de Colloreto asserebat supradictum Dominum Peleum sibi proprio nomine ex causa mutui, seu alia forma quacumque obligatum fore, ut occasione omnium, et singulorum, que dicte partes sibi invicem dicere, requirere, et petere quomodolibet poterant usque in presentem diem tam occasionibus supradictis, quam aliis a premissis dependentibus occasionibus quibuscumque predicte partes communiter, et concorditer de consensu, verbo, et voluntate supradicti Domini Patriarche suam, et sue Aquilejensis Ecclesie salvo tamen suo, et ipsius Ecclesie jure ad hoc auctoritatem interponentis pariter, et decretum compromiserunt in providos, et discretos viros S. Zaninum de Prata, et Hectorem q. Odorici Militis testes suprascriptos tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores, et communes amicos; dantes, et concedentes eisdem arbitris, et utrique ipsorum potestatem plenariam, et bayliam sententiandi, et arbitrandi, et diffiniendi inter ipsas partes supra premissis omnibus et premissorum quolibet alte, basse, amicabiliter, et de jure diebus feriatis, et non feriatis partibus presentibus, et absentibus dum tamen legitime

me citatis ad deffinitivam sententiam audiendam et hoc tunc ad festum sancti Gregorii proximi nunc venturi abreviando, et longando, prout eisdem arbitris, et utriusque ipsorum melius placuerit, et visum fuerit expedire promittentes quoque ipse partes sibi ad invicem solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus jurantes ad hec corporaliter ad sancta Dei Evangelia per se eorum heredes ac nominibus quibus supra, et cum obligatione omnium bonorum suorum presentium, et futurorum, atque refectione damnorum omnium, et expensarum litis, ut extra, ac interesse compromissum hujusmodi, et sententiam, seu arbitrium quomodolibet inde ferendum, ac omnia, et singula suprascripta firma, et rata habere, atque tenere, et non contradicere facere, vel venire, ratione aliqua, dolo ingenio, sive causa, imo ipsis sententie et arbitrio quomodolibet ferrendo, ut promittitur stare, parere, et in omnibus obedire, nec inde appellare vel reducere ad arbitrium boni viri sub pena centum florinorum auri justi ponderis, cujus pene medietas cedat supradicto domino Patriarche, et reliqua medietas parti sententiam, et arbitrium hujusmodi observanti, que pena totiens committatur exigi valeat cum effectu quotiens contra compromissum hujusmodi, et sententiam, seu arbitrium inde ferrendum extiterit aliqualiter, seu quomodolibet contrafactum, eaque soluta, vel non presens nihilominus compromissum, et sententia inde ferrenda in omnibus obtineant plenum robur.

Et Ego Lodovicus q. Andree de Utino imperiali auctoritate Notarius publicus supradictique Domini Patriarche officialis et scriba premissis omnibus interfui, et rogatus scripsi

Et aliis nos Zaninus de Prata, et Hector notarius q. Lodovici Miulitte de

Utino

Utino arbitri, et arbitratores, compositores, et communes amici questionum vertentium, et que verti possent, etiam in futurum inter Nobiles viros D. Deteum q. D. Federici de Morutio, et Fridericum pro se, et fratribus suis filii q. D. Bertholdi, ac Odoricum q. D. Pantholeonis de Tricano ex parte una agentes, et petentes, et nobiles viros Dominos Odoricum q. D. Nicolussij de Colloreto, et Joanninum q. D. Thomasij de Tricano, tanquam procuratores, et procuratorio nomine Dominarum Nicolusse uxoris dicti D. Odorici de Colloreto et inde uxoris D. Joannini de Tricano, ac D. Franceschina relicta q. D. Bertholdi de Tricano uti tutricis, et tutorio nomine aliarum filiarum, et heredum dicti q. D. Bertholdi et q. D. Rizardi patris ipsius D. Bertholdi pro quibus etiam ~~et~~ promiserunt predicti D. Odoricus et Joanninus, et se obligaverunt de rato ex parte altera se deffendentes occasione partis castri de Tricano spectantis et pertinentis ad supradictos D. Riccardum, et Bertholdum, ac partis et juris vexilli, et marscalcie Aquilegiensis Ecclesiae ad ipsos et D. Riccardum, et Bartholomeum olim pertinentis pro indiviso cum aliis consortibus de Tercano, et aliorum bonorum que fuerunt dictorum Dominorum Riccardi, et Bertholdi, que ~~[illegible]~~ pheuda reperirentur, et per feminas obtineri non possunt, ac nomine, et occasione quadraginta Marcarum solvendis plus, vel paucioris, que petuntur a dicto D. Tiko per dictum D. Odoricum nomine mutui, vel alio quovis nomine, et aliis quibuscumque occasionibus prout constat compromisso in nos facto per partes supradictas scripto manu Odorici q. Andree Notarij de Utino sub millesimo Tricentesimo septuagesimo secundo, indictio-

ne

ne decima die sexto decimo mensis februarij, visis, et auditis ~~parti-~~
~~bus~~ petitionibus partium predictarum, ac deffensionibus exceptioni-
bus et replicationibus hinc inde factis, ac probationibus, et productionibus
tam per instrumenta ~~instantie~~, quam per testes ac partibus predictis factis nec non
investituris receptis per ipsos de Tircano, et maxime investitura recep-
ta per dictum q. D. Riccardum de Tircano a bone memorie domino
Nicolao Patriarcha Aquilejensis, et promissione, per eum facta de
dando in scriptis Pheuda, que ab Aquilejensis Ecclesia tenebat in-
fra quindecim dies, visis, et privilegijs concessis Aquilejensis
Ecclesie per Imperatores loquentibus de concessionibus factis de
Ducatu totius Patrie fori julij, et omnibus alijs juribus et allega-
tionibus, et que dicte partes dicere, et producere voluerunt, et datis,
et consignatis eis ad hoc pluribus terminis, et post predicta in
causa concluso, et de his omnibus diligenter inspectis, et conside-
ratis, et super ipsis matura deliberatione prehabita, ac super
his communicato plurimorum sapientum consilio attento etiam,
ut considerato quod ab antiquo nobiles de Tricano, et sub no-
mine Castri de Tercano habuerunt et tenerunt, et possiderunt
officium marscalcie vexilli Aquilejensis Ecclesie tanquam ministeria-
les, et pheudatarii Aquilejensis Ecclesie predicte talis Pheudi vide-
licet marscalcie, et vexilli, quod virile dumtaxat, et non femineum
esse censetur, quod etiam tale esse declaratum extitit de consilio
plurimorum nobilium per reverendissimum in Christo Patrum nostrum
D. Marquardum dei Gratiam Sancte Sedis Aquilejensis dignissi-
mum Patriarcam, quod officium, seu ministerium verisimiliter

sequitur

sequitur Castrum Tricani predictum, attenta etiam et considerata ne-
gligentia et contumacia ipsius Ser Rizardi non declaranti in termino
statuto, que pheuda ab Aquilejensi haberet Ecclesia ob quam rem declaratio
devoluta fuit et est ad ipsum Dominum nostrum Patriarcham et ejus
Aquilejensis Ecclesiam, et ipse Dominus noster nobis dixit, et declara-
vit dictum officium bandarie, et dictum castrum Tercani nomine
honorabilis, et legalis pheudi ac virilis Aquilejensis Ecclesie fore
censendum attenta etiam generali consuetudine Patrie Forijulij, par-
tibus predictis legitime citatis ad hanc nostram hodie sententiam
audiendam, sic supradicto Domino Fileo de Morutio, et Odorico
de Tercano presentibus, atque supradictis Odorico de Colloreto Joanni-
no de Tercano absentibus Per Christi nomine invocato de cujus
ubere fonte recta procedunt judicia pro bono pacis, et concordie
Solum Deum, et meram justitiam habentes pre oculis declaramus,
diffinimus, decidimus, arbitramur, atque sententiamus supradictis
omnibus ex forma dicti compromissi in nos facti secundum mo-
dum et conditiones infrascriptas, in primis ex causis predictis,
et etiam ex sacramento corporali prestito per nos dictis D. Fi-
leo, et Odorico de Tercano, qui ibidem juraverunt se firmiter
credere officium ministerij vexilli, et bandarie, cum bonis, et
donealibus circa dictum castrum positis, que inferius judicata sunt
eis fore pheuda honorabilia, et recta, ac legalia Ecclesie Aqui-
lejensis predicte, declarantes supradictum officium et ministerium
bandarie, et marscalcie, ac castrum Tercani predictum fore pheuda
honorabilia recta et legalia, atque dumtaxat virilia Aquilejen-
sis

sis Ecclesiæ antedictæ, dicimus, sententiamus, arbitramur, et diffinimus quod pars, quæ spectabat, et pertinebat, ac spectavit, et pertinebit ad supradictos Dominos Rizardum et Bartholomeum divisim, et pro indiviso cum aliis consortibus de Tercaro in supradicto Officio bandarie, et marscaltiæ, et in dicto Castro Tercari, et ejus confinibus cum infrascriptis bonis atque donealibus scilicet una frea cum viridario, quæ potest esse circa unum campum. Item una sylva penes dictum castrum Tricari in loco, qui dicitur Selvates circa quatuordecim campos, item una brayda, quæ est post collem Frattæ circa quatuor campos, item uno campo post collum Fratta non plantato cum uno campo prope viridarium, item uno campo in campeglio pastanato penes territorium D. Odorici, item una brayda pastanata camporum trium posita penes Clevam, item una sylvuzza sita in medio sylve D. Odorici. Item uno prato de Collo Roveretti de quatuor setores. Item uno prato longo quod confinat cum prato Domini Odorici. Item uno prato longo quatuor setores posito penes aquam Lumæ ~~[illegible]~~. Item una palude penes paludem D. Odorici duodecim sectores. Item una molinarezza penes aquam corni, reservantes nobis etiam ~~et~~ si aliqua alia donealia reperiuntur, et cum omnibus juribus honoribus, jurisdictionibus, et garrito in eisdem, et pro eisdem ipsis Dominus Riccardo, et Bertholdo spectantibus, et pertinentibus sit, et pleno juri essa debeat supradictorum Dominorum Vilei, et Federici, et Fratrum, ac Odorici de Tercaro secundum partes ad eos de jure pertinentes habito respectu ad lineam proximitatis, et eorum pactorum inter eos habitorum ~~habitato~~

rum, et ad supradictos pleno jure tam in proprietate, quam in pos-
sessione perpetuo spectet, atque pertineat, sine contradictione dictarum
dominarum vel alterius personę, et sic per hanc nostram sententiam
supradictam ei attribuimus et judicamus, salvo semper jure dicti D.
Nostri Patriarchę, atque ejus Aquilejensis Ecclesię cui per hanc no-
stram sententiam derogare non intendimus, nec possemus, ita, et taliter
quod pro predictis supradicti D. Vileus, ac nepotes ejus, atque Odoricus
de Tricano per portionibus supradictis teneantur, atque debeant subi-
re, facere, substinere, adimplere, et prestare omnia, et singula onera
angarias sumptus, et expensas quascumque supradicto D. nostro D.
Patriarchę, et Aquilejensis Ecclesię, tam ratione talee, atque mili-
tię, ministeriorum marscalcię prędicti, quam, et quacumque
alia ~~nomine~~ ratione vel causa ad quorum, vel quarum prestationem, et
~~exel~~ exhibitionem, tam de jure, quam de constitutione tenebantur,
et consueti facere erant prędicti Dominus Riccardus, et Bertholdus
occasione dictę partis vexilli et castri, Item sententiamus, et deffini-
mus, atque arbitramur quod omnia alia et singula bona tam mo-
bilia, quam immobilia, tam in Tricano superiori, quam inferiori
posita, atque situata ubicumque locorum, quę fuerunt q. dictorum
D. Riccardi, et Bertoldi de Tricano, et quę per ipsos possessa fue-
runt, et possidebantur, atque post mortem eorum possessa fue-
runt, et possidentur per suprascriptas filias olim D. Bertholdi,
et D. Franciscinam matrem tutricem earum sint, et esse debe-
ant pleno jure tam in proprietate, quam in possessione ipsarum
dominarum Xpię, Colussę, Subettę et Catharinę sororum filiarum

Dicti

dicti q. Domini Bertholdi, et ad eas cum omnibus juribus, et pertinen-
tiis eorum spectare deseant, et pertinere, et cum omnibus honoribus debi-
torum, et legatorum factorum conditorum, et creditorum per supradictos
dominos Riccardum, et Bertholdum tam matri ipsorum, quam supra
dictæ D. Francischinæ pro dotibus, et juribus suis, quam aliis quibuscumque
personis, salvis, et reservatis servis, et masnatae, et eorum peculiis su-
per quibus ad presens propter aliquas causas rationabiles, et nobis
dubias non sententiamus, nec diffinimus, sed nobis in posterum reser-
vamus sententiare usque ad novum annum proximum venturum aucto-
ritatem, et potestatem sententiandi, et diffiniendi, ac arbitrandi
super istis ipsis, et ex nunc terminum compromissi in nos facti
quo ad hoc prorogamus, et elongamus usque ad terminum supradictum
remanente possessione dictorum servorum, et peculiorum ipsorum
penes dominos antedictas, ita tamen, quod ipsæ Dominæ nullam
venditionem, seu alienationem facere possint de dictis servis, et eo-
rum peculiis, seu parte eorum, item sententiamus, et arbitramur
quod si dicta nostra sententia fuerit confirmata per partes jam
dictas, et dicta domina Francischina si vidualiter atque caste
vixerit, habere debeat usum, et habitationem palatii, et
cameræ in quibus ad presens habitat, quæ fuerunt dicti q. D. Ric-
cardi et Bertholdi usque ad vitam suam, item sententiamus et
arbitramus super quadraginta marchis petitis per dictum Domi-
num Doricum a dicto Domino Vileo, quod dictus Vileus teneatur
et debeat solvere, et dare dicto Domino Dorico Marcas Dena-
riorum duodecim hinc ad festum Sancti Martini proximæ nunc ven-
turi

turi, et hoc medium capimus, quia omnia pro parte dicti Domini Edovici erat vigor juris, ~~quam~~ [et] pro parte dicti Domini Dilei equitas, que nostram conscientiam movit, ~~exprobationibus~~ [seu probationibus] coram nobis factis in-super reservamus nobis potestatem, et auctoritatem inter~~presentan~~[pretan]di, dilucidandi, atque declarandi omnia, et singula supradicta si, et in quantum declaratione, et inter~~presentatione~~[pretatione] aliqua indigerent usque ad annum predictum observamus, item absolvimus dictas partes ad invicem ab omnibus, et singulis expensis hinc inde factis usque ad diem presentem, et hanc nostram sententiam, laudum, et arbitrium mandamus a presentibus antedictis sub pena in compromisso contenta inviolabiliter observari, quam quidem sententiam, et omnia in eadem contenta predicti Domini Dileus de Mututio suo proprio nomine, ac nomine Federici, et fratrum suorum nepotum ipsius Domini Dilei pro quibus promisit de ratihabitione seque facturum, quod ipsi predicta omnia, et singula observabunt, adimplebunt, atque ratificabunt, nec non Edovicus q. D. Pantaleonis de Sricano ibidem presentes affirmarunt, et laudarunt in omnibus, et per totum, et prestito eidem Dileo, ~~atque~~ [et] Edovico corporali sacramento per me notarium infrascriptum juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, ~~quam~~ [quod] partem Castri Dicti D. Rizardi de Sricano, et Concolia circa dictum Castrum existentia, que eisdem sunt superius judicata, ac officium Marscalcie credunt esse pheudalia recta, et legalia predicti D. Patriarche et ejus Aquilejensis Ecclesie antedicte

Millesimo Tricentesimo septuagesimo tertio indictione undecima, die

nono

nono mensis Aprilis, Actum Utini in domo consilij, presentibus nobilibus viris dominis Mathiussio de Trampergo q. D. Gabrielis de Utino seu Colasso bomblenus de utino, Gualtero Bendict de utino, Francisco notario de Marano, Symone notario de Utino, ac Flurino q. ser Bernardi de Cavoriaco testibus, et aliis etc.

Et ego Simon filius q. prudentis, ac egregij viri ser Ioannis notarij de Lovaria Aquilejensis Diocesis publicus Imperiale auctoritate notarius ex commissione mihi facta per magnificum et generosum D. Aloisium Marcello pro Ducali Dominio veneto Patriae Fori julij Locumtenente, prout in notis, et abreviaturis, et protocolis olim ser Joannis de Novate de Mediolano Notarij q. ser Guberlini tempore Patriarche Marquardi Cancellarj inveni, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectum presens instrumentum rogatus, et requisitus scribere fideliter scripsi, et publicavi, et in hanc formam redegi signo nomineque meis appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium premissorum. etc.

Da Libro d'Antico Carattere coperto di carta Pecora, intitolato = Sententiae Theudales esistente nel nostro Archivio di Castello — pagina 24.

Cast.° di Porpetto 5 Gennaro 1817.

Franzoiane

1372 26. agosto Giudone Vescovo di Concordia riceve dai Sig.ri di Meduna la notizia dei loro cepi sulle alienazioni del feudo loro. 

In Christi nomine amen, anno ab ejus nativitate millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, Indictione decima die vigesima sexta mensis Augusti in Castro Medune, Concordiensis Diœcesis juxta portam dicti Castri presentibus ser Alberico q. ser Berthuli Squara da Portugruario Francisco q. Bartolomei de Sancto Vito dictæ Diœcesis Franco q. Bartholomei de Regio, Bartholomeo de Ravena familiari D. Episcopi infrascripto magistro Nicolussio q. Andrea de Utino Aquilejensis Diœcesis tunc portunario dicti Castri testibus rogatis ad hoc specialiter, et vocatis, et aliis, Ibique constitutus coram Reverendo in Christo Patre, et Domino Domino Guidone Episcopo Concordiensi prudentibus viris Jacobo q. Artizoni, Nicolussio q. Ser Thomasij nomine suo, et nomine, et vice Thomasutti q. Philippi cujus curator, et tutor erat, ut dixit, D. Fratre Artico ordinis Sancti Joannis Hierosolimitani nomine suo, ac nomine, et vice Bortholussij, et Joannes fratrum suorum q. Francisci filij pro quibus promisit de rato habendo, Paulo q. Franciscutti, et Joanne q. Odorici omnibus de predicto Castro Medune, ac etiam Bejnevio quondam Symonis de Prata tunc in predicto Castro comorante, omnibusque inter se consanguineis, ac se fideles, et vassallos ipsius D. Episcopi, et Episcopatus Concordiensis reputantibus prefatus D. Episcopus suprascriptos omnes, et singulos monuit, et requisivit quatenus ipsum deberent declarare, et certificare si ipsorum aliquis partem quam in predicto Castro, et monte supra quo est dictum Castrum, ac etiam officio potestarie ipsius

sius Castri, et villa jure pheudi ab Episcopatu concordiensi habe-
re pretendit ~~vellet~~ vellet in aliam personam transferre utrum hoc posset
et quo modo, vel ordine procedendum foret, qui quidem omnes, et
singuli supradicti habita prius inter se deliberatione ibi agentio, et
matura sponte, pure, libere, et ex certa scientia, et non per
errorem dixerunt, asseruerunt, et contenti, et confessi ~~fuerunt~~
fuerunt semper fuisse * in predictis castro, monte, et officio con-
tingentem potest in aliquam personam extraneam quovis modo vel
titulo ~~etiam~~ inter vivos, vel ultima voluntate transferre sed si ali-
quis vellet, vel necesse haberet predictam suam suam partem
vendere, vel aliquo modo alienare primo debet illam partem
offerre proximiori suo Consanguineo masculo de dicto loco Meduni,
quo emere nolente, vel non valente, tunc debet offerri altari
sequenti in gradu proximiori, et sic gradatim usque ad omnes
Consanguineos de dicto loco, et volenti emere debet dari pro
extimatione inter eos conventa minus ~~quinque~~ quinque libris parvo-
rum pro centenario, si vero ~~dicta~~ de extimatione non possent con-
venire tunc extimatio debet fieri ad arbitrium D. Episcopi qui
pro tempore fuerit, et Vassallorum suorum de predicto loco
Meduni, omnibus vero suprascriptis Consanguineis emere nolen-
tibus, vel defficientibus, tunc volens vendere predictam eius
~~presentem~~ partem tenetur illam offerre D. Episcopo concordiensi,
qui pro tempore fuerit, et dare sibi per extimatione inter
eos conventa minus viginti solidorum pro centenario, et omnis
venditio

* et quod de iure et antiqua consuetudine omnium vassallorum suorum et predicti loci consuetudine, quod ipsorum nullus partem suam in loco

venditio, donatio, permutatio, in dotem datio, vel alia, quovis
in ultima voluntate, vel inter vivos aliter facta dispositio non
valeat, sed ipso jure sit nulla, et irrita, et predicta pars in
qua aliter, qua supra fuerit actum dispensatum, vel ordina-
tum accrescat alteri consanguineo proximiori, atque gradatim
ut supra, ultimo Episcopatui Concordiensi predicto, quibus
omnibus et singulis supradictis prefatus D. Episcopus suam
auctoritatem interposuit, et decretum salvo semper in predictis om-
ni jure ipsorum Dni Episcopi, et Episcopatus Concordiensis man-
dans mihi Victori Notario infrascripto, de premissis omnibus
publicum unum, et plura si opus fuerit conficiam
instrumentum.

Ego Victor filius Guglielmini de Sorcello publicus imperiali aucto-
ritate Notarius et prefati D. Episcopi scriba predictis omnibus,
et singulis una cum antenominatis testibus presens fui, ea-
que rogatus scripsi, et de mandato dicti D. Episcopi in hanc
publicam formam redegi signum meum consuetum apponens in
robur, et testimonium premissorum et c.

Da libro d'antico carattere coperto di carta pecora
intitolato = Sententie feudales esistente nel nostro
Archivio di Castello Torpeto pagina 40.

Cast.o di Torpeto 6 Gennaro 1817

Frangipane

1373 9 agosto — Conferma zione ed esecuzione della sentenza arbitraria 16 Febb.º 1372 tra i Moruzii e i Tricani, e le Donne dai Tricani discendenti. 

In Christi nomine amen, Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, indictione undecima die Martis nona Augusti, Actum in castro Utini in capella Patriarcali dicti castri de Utino presentibus Nobilis viris dominis Pagano milite de Savorgnano, Symone milite de Valvasono, Azolino milite legum doctore de Gubertinis de Utino, Nicolao q. D. Manfredi comite de Purliliis, Joanne Furlano q. D. Artichi de Purliliis, Joanne filio D. Francisci de Colloreto, Paolo q. D. Vicardi de Colloreto Sapienti viro Domino Zanino de Prata juris perito, providis, et discretis viris ser Hectore Notario q. ser Henrici Miulito, Nicolussio Notario q. Thomasini de Utino, Odorico Notario q. Andree de Utino, Joanne Notario q. ser Gubertini de Novatis Utini habitante et Symone notario quondam magistri Palaj de Utino testibus, et aliis pluribus in judicio coram Reverendissimo in Christo Patre, et Domino D. Marquardo dignissimo Patriarcha Aquilejensis Comparuerunt Nobiles viri D. Vileus q. Nobilis D. Federici de Moruzio Federicus q. D. Bertoldi de dicto loco pro se, et fratribus suis, et Odoricus q. D. Pantaleonis de Tricano, et proposuerunt dicentes quod vigore cujusdam compromissi lata erat quedam sententia arbitraria inter ipsos Dominum Vileum, Odoricum et Federicum pro se, et fratribus suis pro quibus promisit de rato, et obligavit bona sua ex parte una, et Nobiles viros D. Odoricum q. D. Nicolussij de Tricano, tanquam procuratores et procuratorijs nominibus Nob. D. Francisce relicte olim D. Bertoldi olim D. Rizardi de Tricano per se, et tutorio nomine pupillarum filiarum suarum et q. dicti D. Bertoldi, nec

non

non dominarum Nicolussę uxoris dicti D. Odorici de Colloreto, et Najdę uxoris dicti Domini Joannini, et filiarum olim dicti D. Bertoldi pro quibus supradicti Dominus Odoricus de Colloreto, et D. Joanninus de Fricano eorum propriis nominibus promiserunt de rato, et obligaverunt bona sua ex parte altera se differidentes, quatenus predictorum Dominorum Niles, et Dorici de Fricano, et Federici dicto nomine sint, et esse debeant pleno jure bona infrascripta, et ad eosdem pleno jure tam in proprietate, quam etiam possessione propria spectent, et pertineant sine contradictione dictarum dominarum, vel alterius personę ipsa bona videlicet pars, quę spectabat et pertinebat, et spectavit, et pertinuit ad supradictos Dominum Pizzardum, et D. Bertoldum divisim, et pro indiviso cum aliis consortibus de Fricano in Officio Bandere, et Marscalcię Aquilejensis Ecclesię, et in dicto Castro Fricani, et ejus confinibus cum infrascriptis bonis, et domicalibus scilicet una Plaja, et viridario, quę potest esse circa unum campum. Item una Sylva penes dictum Castrum Fricani in loco, qui dicitur Saluates circa quatordecim campos, item una braida, quę est post collem Fratę circa quatuor campos. Item uno campo post collem Fratę non plantato cum uno campo prope bercedorum. Item uno campo sito in Campeglio penes territorium Domini Odorici. Item una braida pastanata trium camporum posita penes Clevam, item una Sylva posita in medio silve D. Odorici. Item uno prato de Colle Rovereti de quatuor settores, item uno prato longo, quod confinat cum prato D. Odorici, item uno prato longo

quatuor

quatuor settores posito penes aquam Acune, jtem una palus penes paludem Domini Odorici duodecim sectores, jtem una molinarezza penes aquam Comuni cum omnibus juribus honoribus, jurisdictionibus, et Sarito in eodem, et pro eisdem ipsis olim D. Rizzardo et Bertoldo spectantibus, et pertinentibus, que bona, et jura prefata D. constituentis indebite retinent, atque occupant ipsi D. Vileo, Odorico, et Federico non obstante dicta sententia arbitraria, quare, ut iurata dictam sententiam arbitrariam habere valeant id, quod continetur in ipsa sententia supplicaverunt dicti D. Vileus, Odoricus, et Federicus prefato Domino Patriarche, quatenus peteret per sententiam a circumstantibus, quid inde juris esset, quo ad sortem, et penam compromissi predicti, quo D. Patriarca petenti et justi faciente per sententiam a circumstantibus quid inde juris esset, et extitit sententiatum per omnes astantes nemine penitus discrepante, quod si ipsi D. Vileus, Odoricus, et Federicus dicto nomine fidem faciebant de allegatis per eos prout ibidem legitime fidem fecerunt primo de compromisso per antedictas partes facto in sapientem virum D. Zaninum de Prata jurisperitum, et providum ser Hectorem Notarium q. Ser Dorici miulita de utino tanquam in arbitros, et arbitratores, et communes amicos scripto, et publicato manu Dorici Notarij q. Andree de utino sub Millesimo tricentesimo septuagesimo secundo indictione decima, die sexta decima februarij, item fidem fecerunt de prorogationibus dicti compromissi octo vicibus facti, et scripturis manu Jacobi Notarij filio Marquardi de Faedis utini habitantes videlicet sub eidem millesimo, et indictione.

tione diebus vero decima septima Aprilis, ultima maij, vigesima ter-
tia junij, decima julij, quinta decembris et octavo et ultimo sub pre-
sentibus Millesimo Tricentesimo septuagesimo tertio, indictione undeci-
ma, die vero quarto decimo Februarij. Item fidem fecerunt de dicta
sententia arbitraria scripta manu Joannis Notarij q. D. Gubertini
de novatis ... habitantis sub Millesimo Trecentesimo septuagesimo
tertio predictis, indictione undecima, die vero nono mensis Aprilis,
secundo, quod ibidem per omnes astantes extitit sententiatum ...
atque legitime fore factam fidem de predictis. Quod iisdem D. Vi-
sco, Odorico, et Federico dicto nomine dari debet nuncius, et assigna-
ri ad mandandum prefactis dominabus, Nicolosse, Aside, et Francisce,
quatenus infra tres dies a die hujusmodi mandati factis computandis
~~dare~~, dare, tradere, et dissignare debeat iisdem Dominis Visco Odo-
rico atque Federico dicto nomine in eorum tenuta, proprietate ~~proprietate~~, atque
possessione bona omnia predicta, et jura juxta ipsam sententiam
arbitrariam, et ~~...~~ fecisse, et adimplevisse debeant omnia contenta in dicta
sententia arbitraria cum sorte, et pena in predicto compromisso aliter
quod elapsis dictis tribus diebus dictus precone ~~predicto~~ sit nuntius ipso-
rum Dominorum Visci, Odorici et Federici dicto nomine ad accipien-
dum ~~per~~ de bonis ipsarum dominarum ~~pro~~ pena predicta, et ~~quod~~ ad
constringendum ipsas dominas cum bonis earum ad facienda predicta,
qua sententia sit lata, et ipsius vigore prefactus Dominus Patriar-
ca eisdem D. Visco, Odorico, et Federico dedit, et assignavit in nuncios
et ~~precones~~ nuncijs Jacuminum mullum, et Bachinum precones com-
munis

munis absentes tanquam presentes, et utrumque in solidum mandans joanni Notario testi prescripto, quatenus ex parte sua mandare debeat dictis nuncijs, ut facerent iuxta dictam latam sententiam et etc.

Et Ego, joannes a varis q. magistri Hermacore Varotarij de utino publicus imperiali auctoritate notarius ex commissione mihi alias facta per magnificum, et generosum civum dominum Lucam Truno pro serenissimo Ducali Dominio venetiarum tum Patria fori julij locum-tenentem generalem, prout inveni in notis q. ser Ambrosij Notarius de Cucanea olim utini habitantis subscriptam sententiam fideliter publicavi nil ei addendo, vel minuendo, quod sensum mutet, aut variet intellectum rogatus, et requisitus signo, nomineque meij appositis consuetis in fidem omnium premissorum et etc.

Suprascriptum Colloquium compromissum sententiam, ac sententiae executionem alienam manu descripta ex processu olim manu q. Patris mei formato inter Nob. D. Ludovicum de Valvasono, et filios q. D. Henrici de ipso loco, ego Theophrastus q. D. joseph Sporeni filius Notarius publicus Collegio utinati ascriptus, rogatus publicavi et etc.

Da libro d'antico carattere coperto di carta pergora intitolato = Sententie Cheualesi esistente nel nostro Archivio di Castello — pagina 30.

Castº. di Porpetto 6. Gennaro 1617.

Frangipane

1376. 21. giugno

Ex mendoso transumpto apud Iustum Fontaninum Tom. 15. pag. 316



Liga Regis Ungariae cum Ecclesia Aquilegensi

Lodovicus Dei gratia Rex Ungariae, Poloniae, Dalmatiae, Ramae, Serviae, Galitiae, Lodomeriae, Bulgariae, Comaniae Rex, Princeps Salernitanus, et honoris montis sancti Angeli Dominus. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod quanto celebrius famae nostrae praeconium culmini nostro Regalis Serenitas non dubitet ampliare quanto praedecessorum nostrorum notabili ritu et praecipue Excellentissimi nostri Genitoris Ecclesiarum causas et commoda, in quibus nostrae Christianissimae religionis potentissima vis consistit, amplioribus nititur favoribus confovere, et regalibus mu-

mu

nificentiis praemunire. Sane ad sanctam Aquile-
gensem Ecclesiam multorum aemulorum,
Patre discordiae ministrante, retroactis
temporibus, oppressionibus lacessitam, cu-
jus Pastores et incolae universi ad cul-
minis nostri augmentum cujusdam cina-
tae devotionis fidelem animum habue-
runt, mentis nostrae serenitatis aciem di-
rigentes modis et conventionibus infrascrip-
tis, nostrorum filiorum, haeredum et
successorum nostrorum in Regno, et ip-
sius Regni nostri nomine, una cum infra-
scriptis nostris et Regni nostri Praela-
tis et Baronibus, de eorumque consci-
su, scitu et voluntate matura delibe-
ratione et de certa scientia ad infra

scrip

scripta omnia se, successores filios et haeredes, ac bona omnia vice etiam et nomine dicti Regni obligationes, eorum juramentis et singulis inferius denotatis, recipimus ex nunc Reverendissimum in Christo Patrem dnum Marquardum Patriarcham Aquilegensem, et ejusdem successores, et Sanctam Aquilegensem Ecclesiam, Nobiles, haeredes, et successores suos, et Communitates Fori Julii, Civitates, Terras, Castra, et Territorium jam dicti Patriarchatus, et dictorum Praelatorum, Capitulorum, Nobilium, et Communitatum praedictarum, quas, quae, et quot ad praesens tenet et possident,

Et

et in futurum acquirent, et seu ad eos devenerint, sub nostra, filiorum haeredum, et successorum nostrorum, nec non Regni nostri, Praelatorum et Baronorum ipsius protectione, et defensione plena et gratuita. Et ipsas Terras, Castra, et Civitates praedictas, ac Territorium praedictum promittimus quibus supra nominibus manutenere, defendere, et conservare contra et adversus quoscunque Principes, Duces, Comites, Barones, ac Domines, et quascunque Communitates ad requisitiones ipsius Patriarchae, et successorum suorum, et majoris partis sui consilii Parlamenti, et sede Patriarchali vacante ad requisitionem

Vice

Vicedomini, et Capituli Aquilegensis, et majoris partis consilii Parlamenti; excepto quam contra Papam et suos successores, et imperatorem, et successores Imperio, quantum pro facto ipsorum tantum, sanctae ecclesiae Romanae, et Imperii. Insuper volumus et decrevimus, quod Magnificus dominus Franciscus de Carraria Dominus Paduae, quem ex nunc pro nostro et Regni nostri collegato declaramus, obliget se, haeredes, et bona sua nobis, filiis, haeredibus, et successoribus nostris, et Regno nostro, Praelatis et principalioribus Baronibus Regni nostri, ad nostrae serenitatis, haeredum, et

successorum nostrorum, ac Regni nostri man-
datum facere guerram in territorio suo,
et in partibus circumstantibus apud
territorium ipsius contra inimicos dic-
ti Patriarchae et successorum suo-
rum, et Patriarchatus, et ecclesiae Aqui-
legensis, et Patriae Fori Julii. Versa
vice ipse dictus Patriarcha pro se, ec-
clesia Aquilegensi et Patriarcatu suo,
et successoribus suis, et Nobiles Fori
Julii pro se, haeredibus, et successori-
bus suis, et Communitates Patriarcha-
tus praedicti, sub fide ipsorum et
cum eorum juramento, et cum obli-
gationibus bonorum suorum, pro ut
ipsorum litteris et privilegiis Celsitudini
no

nostrae porectis, et eorum [sic] comunitatibus sigillis super iis confectis plenius inde valet, erunt, et sint de caetero cum Celsitudine nostra, filiis, haeredibus, successoribus nostris, et cum Regno nostro, et Baronibus dicti Regni, et haeredibus, et successoribus eorum, et cum ipso Domino Paduae colligato nostro, et haeredibus suis in quibuscumque bellis, guerris, inimicitiis, et discordiis contra, adversus quoscumque Principes, Duces, Comites, Marchiones, Barones, et Dominos, et quascumque Communitates ad petitionem et mandatum nostrae Serenitatis filiorum haeredum, et successorum nostrorum, et dicti Regni in Patria Fori Julii et in Territorio Patriarcha

chatus Aquilegensis et in partibus circum-
stantibus apud dictam Patriam Fori Iu-
lii, et territorium dicti Patriarchatus,
faciendo et exeundo contra inimicos de
civitatibus, locis, terris, castris, pas-
sibus, et fortelicis dicti Patriarchatus, ex-
cepto quam contra Papam, successores ipsi-
us, et Imperatorem, et successores Im-
perii, quantum est pro facto ecclesiae
Romanae et Imperii tantum; excepto quam
contra Duces Austriae durantibus treguis
praesentibus inter ipsum dominum Patri-
archam et praedictos Duces, et contra
solum personam Meynardi Comitis Go-
ritiae; claudentque etiam passus et stratas
Fori Iulii et Territorii Patriarchatus
in

ad petitionem et mandatum Celsitudinis
nostrae, filiorum, haeredum, et suc=
cessorum nostrorum tempore guerrae
contra quoscunque, contra quos esset
guerra, quod etiam faciet et face=
re promittit et claudere serenitas
nostra versa vice, ac etiam facient
filii, haeredes, et successores, ac Regnum
~~nostrorum~~ nostrum ad requisitionem dicti Patriar-
chae Aquilegensis, et ipsius Capituli;
et ad serenitatis nostrae mandatum ac
filiorum, haeredum, et successorum
nostrorum, ac Regni similiter faci=
ent et claudent stratas et passus su-
os, et claudere tenebuntur dictus dñus
Paduanus noster Colligatus, filii et hae-

re

redes suis. Vult insuper nostra Maiestas,
quod si contingeret, quod durantibus
praesentibus conventionibus acquirentur
aliqua castra, et Terrae, Villae aut ci-
vitates per nos, filios, haeredes nostros
et successores, et Regnum nostrorum,
et partes praedictas videlicet dictas
Patriarcham, et successores suos et com
munitates Forijulii, et Dominum Pa-
duae praedictum, filios, et haeredes suos,
communiter vel divisim, et illa Castra,
Terrae, Villae, aut civitates spectarent et
pertinerent, seu retroactis temporibus quo-
vis modo pertinuissent ad Patriarcatum
Aquilegensem de jure, quod debeant es-
se dicti Patriarchatus, et remanere dic-

to Patriarchatui. Si vero non spectarent et
pertinerent, seu retroactis tempori-
bus quovis modo non pertinuissent ad
Patriarchatum praedictum de jure, acqui-
rendo communiter, per partes dividan-
tur secundum determinationem nostram,
haeredum, filiorum et successorum no-
strorum, et dicti Regni nostri; si ve-
ro acquirerentur per aliquam partium,
tunc sint, et esse debeant acquirentis,
et quod captivi et bona mobilia sint
capientium. Non possint insuper dictus dominus
Patriarcha et succesores sui Patriarcatus
et Praelati, et successores eorum dicti
Patriarchatus, et Nobiles, haeredes, et suc-
cessores sui dictae Patriae Fori Julii, et

com

communitates Patriarchatus, nec debeant incipere novam guerram nisi ad defensionem et offensionem contra occupare volentes manu armata, vel alio modo illicito et manifesto aliqua castra, Terras, et Civitates dicti Patriarchatus, quae ad praesens tenentur et possidentur per dictos Patriarcham, Praelatos, Nobiles, et communitates et in futurum novis modo acquirentur per eos, et ad defensionem et offensionem contra invadere volentes manu armata, vel alio modo illicito et manifesto Territorium dicti Patriarchatus; et dictus Patriarcha, et successores sui in Patriarcatu et Praelati, et successores eorum, Nobiles haeredes, et successores eorum, et Communitates dicti Patriarchatus non faciant, nec noscent

sint facere pacem aut treguas de aliqua guerra, in qua guerra nostra Maiestas, filii et haeredes, ac successores nostri, et Regnum nostrum debeant esse, ac fuerint cum eis, sine consensu expresso nostro, filiorum, haeredum, et successorum nostrorum. — Vos insuper, filii, et haeredes et successores nostri, et Regnum nostrum possumus, et possint et valeant facere pacem aut treguas sine consensu et voluntate dictorum Patriarchae, et successorum suorum, et dictorum, Praelatorum, et successorum suorum, Nobilium haeredum, et successorum suorum, et Communitatum praedictarum dum tamen nostra Serenitas, Filii, haeredes, et successores nostri, et Regnum nostrum includant in ea

ce aut treguis dictos Patriarcham et succes=
sores suos, Praelatos et Capitula, et succes=
sores suos Nobiles haeredes, et successores
suos et Communitates Patriarchatus, et Ec=
clesiam Aquilegensem. Et in casu prae=
dicto nostra Maiestas, filii, et haeredes
et successores nostri, et ipsum Regnum non
possint facere pacem aut treguas sine
consensu et voluntate praedictorum, nisi
restituantur in eo statu, in quo erant tem=
pore guerrae inceptae. Et si praedictus
Dnus Patriarcha et successores sui Nobile
haeredes et successores sui, et communitates
praedictae, durante dicta guerra, acquisivis=
sent aliquid, quod de jure spectaret, et per=
tineret seu retroactis temporibus pertinuis=
sent

set ad Patriarchatum Aquilegensem, quod illud acquisitum tempore guerrae, per pacem aut treguas fiendas per nos, filios, haeredes, et successores nostros, et dictum Regnum non tenebuntur restituere. Quas quidem conventiones et omnia supradicta vult et decernit nostra Maiestas firmas esse et duraturas usque ad annos quinquaginta proxime futuros.

Nos Dei gratia Joannes Strigoniensis, Stephanus Colocensis Archiepiscopi. Demetrius Zagrabiensis, Ladislaus Sirmiensis, Michael Agriensis, Emericus Waldiensis, Petrus Jauriensis, et

et Dominicus Boczquensis Ecclesiarum
Praelati supradicti Regni. Nicola-
us de Garra Palatinus, Ladislaus Wai-
Petrus Zudar Slavoniae, Johannes Treutel [illegible] et Joannes [illegible]
voda Transilvanus, ~~et Joannes~~ Bacci
Comes, Jacobus Iudex curiae Regis,
Georgius Sebek Tavernicorum Regali-
um. Georgius Zudar Ianitorum Rega-
lium magistri, Franco Comes Sopro-
nensis Joannes Cecil Comes Laguni-
ensis, et Tomelinus Comes de Sancto
Georgio Barones Regni Ungariae prin-
cipaliores pro nobis, successoribus, hae-
redibus, et filiis nostris, ac vice
et nomine totius dicti Regni Unga-
riae sub fide nostra et cum obli-
gationibus bonorum nostrorum et dic-

ti

li Regni, jurantes corporaliter ad
Sancta Dei Evangelia, promittimus,
et nos, successores, haeredes, et fi=
lios nostros, et dictum Regnum, ac
bona nostra, successorum nostrorum,
haeredum, ac filiorum, et Regni
praedicti obligamus fideliter attendere,
observare, et in omnibus adimplere
protectionem, et omnes conventiones fac=
tas et promissas superius per Gloriosis=
simum et invictissimum Dominum
nostrum Dominum Lodovicum Excel=
lentissimum Regem Ungariae ac Reve=
rendo in Christo Patri Domino Mar=
quardo Dei gratia Sanctae Sedis
Aquilegensis Patriarchae, et ejus

sui

successoribus, Praelatis et Capitulis Pa:
triarchatus Aquilegensis, et eorum suc-
cessoribus Nobilibus Fori Julii, hae-
redibus, et successoribus eorum, nec:
non Communitatibus Patriarchatus A-
quilegensis, et ea omnia durante
termino in ipsis Protectione et conventio:
nibus per ipsum Dominum nostrum
Regem apposito, rata et grata habe-
re, et inviolabiliter observare iuxta
supradictarum literarum dicti
Domini Regis continentiam et
tenorem. Praesentes etenim ip:
sius Domini Regis ac nostris
communitatis damus in testimoni-
um praemissorum. Datum in

in Wisegrad die XXI. mensis Iu-
nii, anno Domini MCCCCLXXVI.

Dai Volumi di documenti rac-
colti dal qm. Monsignor Florio
d'Udine nell'Archivio del Capitolo
d'Aquileja, i quali non hanno titolo nè
numerazione di volume o di pagine,
ed esistono nella Biblioteca del Sig. Con-
te Filippo di lui Nipote.

G. Frangipane

1377 11 7bre e vidi — Istruzioni agli Ambasciatori delle Comuni di Udine, Cividale, Gemona e Venzone diretti al Papa sull'interdetto in Friuli pei Fiorentini. Atti relativi fino all'anno 1378. 20 9bre. 179.

Die Lune XIIII Mensis septembris congregatis ante collationem more solito Ambasiatoribus Civitatis videlicet Nicolao Ancelli, et Johannes not qui fuit de Aterps pro Communi Civitatis et prudenti viro domino Raymondo de Laporta de Verona Capitaneo Glemone et Henrico Boltassarii pro Communitate Glemone, ac Communi et Johanne not de Venzono pro ipsius Communitate cum egregio milite domino Francischo de Savergnano, dominis Azolino, et Elia doctoribus missis de Remanzacho, Nicolao domini Gabrielis, Galdesio de Andreottis, ac Hectori not. omnibus de Utino deputatis ut supra pro Communitate Utini. Solempniter et matura data fuit informatio proxime sequens Nicolussio Camerlengho, et Henrico de Monasterio de Civitate Ambasiatoribus directis ad Romanam Curiam pro parte dictarum quatuor Communitatum, qui die hodierna in pace et felicitate iter arripuerunt, quibus faveat Altissimus in agendis.

Item ibidem deliberatum fuit quod Henricus Boltassarii, predictus iret prout ivit pro parte dictorum Communitatum Sacillum ad Dominum nostrum Patriarcham super quibusdam gravaminibus, que noviter inferuntur per dominum Concordiensem Episcopum transeuntibus per Portumgruarium ab ipsis noviter elevatum (sic) extorquendo unam libram pineris etc. et pro litteris obtinendis ab ipso domino nostro recomendatoriis sequentibus in personas dictorum Ambasiatorum dirigendis ad Curiam Amicis ipsius domini nostri, quas ipse Henricus portare debeat de Sacillo ad Portum Gruarium, ubi inveniret dictos Ambasiatores Deo dante. Provisum fuit de expensis de una Marcha cum dimidia, cuius medietatem solvit Communitatis Utini, tertios 333 et alias tres dicte tres Communitates. Qui Henricus rediens retulit Dominum nostrum predictum dubitasse scribere, et immo litteras non obtinuit predictas.

Informatio Ambasiatorum pro parte Communitatum Utini.

Cividati, Glemone et Verzoni ad Romanam Curiam
Divina Gratia previa electorum

Vos namque Ambaxiatores ab hinc cum Dei gratia disiedentes cum fueritis Venetiis, et in singulis aliis Civitatibus atque Terris per quas vos tran sire contingat, debetis in eisdem Civitatibus atque Terris inquirere, an in eis publicati fuerint processus domini nostri Pape emanati contra Florentinos, et quis modus per dominia dictarum Terrarum servatum fuerit de Florentinis dictarum Civitatum et Terrarum incolis, et maxime an in ipsis Civitatibus et Terris remanserint Floren tini in dictis Domini nostri Pape processibus exceptati, vel licentiati a dictis Terris fuerint et repulsi.

Item an ex dicta de causa pro parte rectorum, et dominii dictarum Terrarum fuerit aliqua Ambaxiata missa ad prefatum Dominum nostrum Papam ad obtinendum aliquam declarationem vel commissa rios super declaratione facienda de dictis Florentinis a dictis processibus exceptatis: et quod super dicta Ambaxiata obtentum fuit a domino nostro Papa: et si obtenti fuerint commissarii seu judices delegati super declaratione prefata qualiter obten ti fuerint, et qui et quales fuerint ipsi delegati, scilicet an fuerint Clerici vel Layci; et an Clerici simplices, an Prelati vel Religiosi, et an Prelati Ordinarii vel aliis; et ubi cognitum fue rit de predictis, si an in Romana Curia, vel in partibus in qui bus dicti Florentini extra Florentiam habentes Domicilium com morantur et quis effectus secutus fuerit ex obtenta Commissio ne prefata.

Item quem modum servaverit Clerus tam circa divina Officia quam circa impedienda alia ecclesiastica sacramenta remanentibus

in

in dictis Civitatibus et Terris, et ab eis non repulsis Florentinis ipsarum incolis in prefatis domini nostri Pape Processibus exceptis

Item omnia et singula circha premissa, et eis dependentia vel conexa perquirere poteritis in prefatis Civitatibus atque Terris per occurrentes nuncios ad has partes venientes de quibus investigare etiam solicite studeatis, non postponatis per nostras litteras scribere seriose.

Post habitum autem cum Dei auxilio transitum prospere per dictas Civitates et Terras dum, Rome (Romam) suffragante Omnipotentis munere vos contingerit feliciter attigisse, tunc cautela commoditate debita adeatis illos dominos quibus Domini nostri domini Patriarche et dictarum Communitatum litte-re dirigantur illum inter dictos Dominos preferendo, qui secundum informationem summariam quam ibi recipere poteritis vobis videatur primitus et citius adeundus, et premissa salutatione seu recommendatione pro parte domini nostri domini Patriarche prout convenit habito respectu ad personam, cui loquemini ac etiam premissa debita recommendatione predictarum Communitatum, et omnium habitantium in eisdem ipsis dominis, et ipsorum cuilibet exponatis qualiter prelati processus domini nostri Pape contra Florentinos initio illico post quam ad has partes deducti fuerunt in omnibus istarum partium Terris solempnibus fuerunt solempniter publicati, et quod infra terminum eis prefixum fuerunt repulsi de Terris dictarum Communitatum omnes Florentini in eis habentibus domicilium, qui erant dicti processibus innodati, qui fuerunt in multitudine et numero satis grandi: Ceteri vero qui reperti fuerunt vigore dictorum processuum ab ipsorum vinculis exceptis non fuerunt repulsi sed in pre-

fatis

tanis Terris sicut primitus remanserunt. Sed nihilominus, licet si-
cut revera noscat non remansisse in dictis Terris Florentinos a sol-
quam in dictis Processibus exceptatos, asserens declarationem super
prodictis exceptis prefatum dominum nostrum Papam sibi tantum-
modo reservasse, et ad alios nullatenus pertinere ad sui cautelam
est dispositum non velle divina officia publice celebrare. In
quo si sic fiet prout fieri dubitatur prefate Communitates et earum
Cives, et habitatores reputant se ex nunc prout ex tunc per dictum Cle-
rum se contra justitiam aggravari propter que vos estis per ipsos Com-
munitates ad dictam Romanam Curiam, et ad ipsum dominum cui tunc
coram eminentia specialiter destinati pro habendo ab eo vel eis super pre-
missis auxilium, Consilium, et favorem. Et hic imponatis silentium ora ve-
stro responsionem ejus Domini cum quo loquimini prestolantes.

Et si responderit propositum vestrum fore dubium et difficile ad obtinen-
dum vel aliter vobis responsum dederit tale propter quod multum
speretis, nec etiam desperetis nostrum propositum obtinere, tunc inqui-
ratis quid in aliis Regnis, Provinciis, Civitatibus, atque Terris, in
quorum multis similia debuerunt occurrere, et est verissimile hec
eadem occurrisse fuerit observatum potissime circa Florentinos in
eisdem Regnis Provinciis, Civitatibus atque Terris incolatum, et do-
micilium obtinentes in dictis processibus exceptatos: an de eis vide-
licet facta fuerit aliqua declaratio quod remanere possint in locis
dicti eorum domiciliis, et qualiter facta fuerit, an per ipsum domi-
num nostrum Papam, vel eius delegatos, et qui fuerint delegati; et
ubi ipsi delegati ipsam declarationem fecerint. Et inquiratis ut

in

in secundo membro vestre Ambaxiate superius est descriptum.

Item si quidem ex responsionibus que vobis fient ad interrogationes prefatas vobis videatur factibile posse ad has partes impetrare aliquam declarationem in premissis. Tunc ad introductionem dictorum dominorum … rum quem votis vestris magis perceperitis annuentem, accedite ad presentiam prefati domini nostri Pape, et cum intratis aulam ubi ipsum ressidere contingat facta bis generali flexione antequam ad ipsum appropinquetis deinde sibi appropinquantes facta solita prostratione cum pedum oscu- lo beatorum eidem ambaxiatam vestram expressive narrantes per omnia ut supra in quinta parte vestre ambaxiate describitur seriatim, ex quibus narratis concludite tamen aliter quam ibidem describitur videli- cet quod pro parte dictarum Communitatum fidelium et devotarum sancte Romane Ecclesie, sanctitati ipsius humiliter supplicando quatenus … Communitatibus antedictis, que suis processibus integraliter paruerunt dignaretur mandare Clero predictarum Communitatum quod ex quo repulsi sunt Florentini dictis processibus innodati, et remanserunt in terris prefatis solummodo Florentini in dictis processi- bus excepttati, prefatus Clerus debeat divina officia celebrare, et Ecclesiastica impendere sacramenta predictorum Florentinorum in dictis processibus exceptorum ressidentia non obstante. Et super hoc omnem sollicitudinem prebeatis per quam possitis responsionem favora- bilem et celerem ~~celebrem~~ obtinere.

Et si super predictis dominus noster Papa vel ejus Romana Curia seu ipsi- us officiales contingeret dubitare videlicet an in dictis terris remanserint aliqui re vera dictis suis processibus irretiti, et inquisitionem super hiis fiendam vellet alicui in Romana Curia delegare, debetis allegare, quod cum vie, et itine-

ra

ra ad Romanam curiam periculose sunt propter ipsarum discrimina necessitati seven
tatis omnibus, atque graves, forent multo fortius periculosissime Florentinis etiam
in dictis processibus exceptatis, quorum realis et juridica exceptatio non est,
nec potest extraneis esse nota, qui ipsos venientes ad Romanam curiam
ad probandum se esse de numero in dictis processibus exceptatorum, capere,
et predari eos iscitum opponentes ad ipsorum captionem, ac aliorum damp
norum illationem contra eos faciliter possetenus prosilirent; et ex pre
missis instare humilime supplicantes, quatenus ad eam inquisitionem in
partibus iis in quibus dicti Florentini, qui in predictis communitatibus
venientes sunt quasi omnes Furlani ex natione eorum, et aliqui etiam
ex paterna, et jam dudum in guerris contra inimicos Ecclesie Aquile
giensis ac in pacis tempore in extructione murorum, fovearum et alio
rum quorumlibet civilium numerum ad fortilitiorum sepe sepius di
versa et grandia patrocinia personalia et etiam realia contulerunt,
quique cum omnibus ab antiquo oriundis de communitatibus antedictis
sunt ut plurimum copulati, quorumque conditio in iis partibus est ma
gis quam sibi manifesta, dignetur idem dominus noster Papa commit
tere alicui in dictis hiis partibus de veritate premissarum omnino in
quiturus, et si dicta comissione vellet facere domino nostro domino Patri
arche Aquilegiensi dignetur sibi etiam specialiter committere quod per
seipsum personaliter inquirere debeat et id quod sibi justum visum fue
rit declarare.

Et si cunctus dominus noster Papa prefato domino Patriarche nollet commissio
nem facere supradictam tunc vel etiam ante quam nominaveritis prefa
tum dominum Patriarcham si vobis videbitur instare, quod predictorum
commissio fiat domino Episcopo Emonensi. etc.

Illmi

Illud demum a vestri memoria non discedat, quod si aliquam declarationem, seu super premissis comissarium obtinetis quod iterum pendente dicta inquisitione mandetur prefato Clero quod per eum divina officia publice ut fieri assolet celebrarentur.

1377. 16. 7bre

Item die XVI dicti mensis septembris scriptum fuit domino nostro de duobus actibus significantibus prohibitatem, scilicet quod quando corpus salvatoris nostri ferebatur per terram Utini ad infirmos, presbiter sine campanella preibat, et quando debebant fieri predicationes Religiosi nolebant facere pulsare campanas ad vocandum populum, ut audiret verbum Dei, que de iure visum fuit quod debebant premitti, licet terra esse interdicta, que de veritate non est, a quo domino nostro tacite per eum commissione domino Marquardo Vetrano Cremonensi et domino Johanni de Monticulis super predictis utrum deluissent premitti, vel non. Quorum declarationibus processis finaliter obtinuimus, quod cum campanella pulsando debeat ferri ipsum Corpus Santissimum, et Religiosi predicti ad predicandum eorum populum debeant vocare more solito ad sonum campane.

Item quod Ecclesie omnes debebant teneri aperte ut layci possent in eis orare et eorum facere devotiones, quas Clerus clausas tenebant et tenere volebant, que tamen teneri possunt clausa quando ipse Clerus celebrat Officia Divina, sed expletis officiis immediate debent

1377. 25. 7bre aperiri.

Item die vigesimo quinto septembris in Consilio exposuit dominus Nicolaus de Ravanis Capitaneus terre Utini hanc Ambaxiatam sibi in Portugruario comissam per dominum nostrum Patriarcham.

Primo

Primo quod ipse dominus noster admirabatur Consilium Utinense Terre sue specialiter deliberasse quod corpora defunctorum deberent sepeliri in ecclesiastica sepultura &c.

Secundo quod corpora defunctorum in contemptum dicti Santissimi domini nostri Pape, et totius Cleri per laicos cum Crucibus et luminaribus per Sagos ad ecclesias portabantur, et tradebantur sepulturis ecclesiasticis &c.

Et quod etiam de Terra Utini apportato quodam corpore cujusdam parochi quia Ecclesia Major clausa existens non aperiebatur per Monachum, volebant de facto ejusdem ecclesie januas frangere, et per vim Ecclesiam intrare &c.

Super quibus deliberatum fuit quod licet deliberatio consiliaria, de qua loquitur ipse dominus noster nunquam facta fuisset, ad respondendum ipsi domino nostro, et super responsionibus predictorum ad deliberandum quid est respondendum, quia omnes tangit, quod Communitas Utini una cum Communitatibus Civitatis, Glemone, et Venzoni conveniret prout cogitatum fuit de die Lune proxime futuro &c.

Quibus occurrentibus illico applicuit filius olim Ser Bertrandi de Utino, qui quadam littera apportavit in cujus Ostensione continetur, quod nostri Ambaxiatores Nicolussius de Camerdencha, et Odoricus de Monastero de Civitate Austrie scribebant omnibus quatuor Communitatibus scilicet Civitatis Utini, Glemone, et Venzoni, et date in primo die Lune proxime preterito videlicet Vigesimo primo hujus mensis Septembris quo directa fuit interclusa litteris Communis Utini Civitatem, ac similem Copia Glemonam et Venzonum, etiam rogando eos, ut venirent die Lune proxime futuro ad deliberandum super predictis: Cujus littere tenor in effectu talis est, quod scripserunt ipsos pro parte dictarum Communitatum gratiose fuisse receptos

per

per Dominum Nicolaum Regni Sicilie et Napulie cancellarium, cui litteras dictarum Communitatum recommendatorias presentaverunt: Et ipse quidem ut introducerentur predicti nostri Ambaxiatores ad presentiam Sanctissimi Domini nostri Pape scripsit ejusdem Sanctitati, et quibusdam aliis suis amicis dicens quod si factum circa processus Papales super publicatis in partibus Fori Julii sic se habebant prout sibi exposuerunt, quod cito ipsi Ambaxiatores super predictis ab ipso domino nostro Papa habebunt expeditionem Recommendantes dictum nuncium latorem ejusdem litterae etc.

1377. 28. 7bre Item die Lune vigesimo octavo mensis Septembris. Convenientes Nobiles domini Franciscus de Savorgnano, Federicus et Helias fratres, missius de Ramanzacho Gabdessus de Andriotis Nicolaus domini Gabrielis, et Hector Philippe utique discreti specialiter deputati per Commune Utini super hac materia Papalium processium etc. una cum Ambaxiatoribus Nicolao Arzelli Communitatis Civitati Henrico Deltassii Communitatis Glemone et Simone, ac Johanne not. Communitatis Venzoni. et ibi simul congregatis fuerunt supradicta omnia, et alia quamplura recitata per omnes predictos diversa, et extranea atque quasi intolerabilia gravamina, super quibus omnibus demum inter eos de pari et Communi concordio et voluntate concludendo deliberatum fuit Dominum Heliam supradictum cum uno de Civitatibus predictis quatuor Communitatibus ire debere Aquilegiam ad dictum Dominum nostrum Patriarcham ad exponendum sibi gravamina hic proxime subsequenter notata, et respondendum super relatis per Dominum Rolandinum Capitaneum Utini ex parte dicti Domini nostri;

Que

que responsio fienda etiam hic proxime sequenti folio notata est:
Et ad concludendum quod Dominus noster predictus sua benignitate super hiis providere dignaretur, ut honori suo convenit, et merito gratum sit ipsius subditis et fidelibus tamen licite convenienter et honeste.

Gravamina &c.

Primo quod Officium Divinum fuit suspensum die XIIII ubi debebat ipsa suspensio licet indebita sit die decimo quinto post celebrationem misse conventualis, quia publicatio processuum fuit facta die Dominica hora misse conventualis, et sic computando de momento ad momentum debebat dicta suspensio incipi solummodo die lune post dictam missam vel saltem hora vesperarum.

Item quod quando ferebatur Heucarestia sine campanella portabatur per terram

Item quod presbiter quando domum intrabat in qua erat infirmus ante quam intraret ipsam domum licentiabat omnes qui consociaverunt dictum Corpus Christi volentes videre communicationem.

Item in reditu, Presbiteri quando ad Ecclesiam et in ecclesia nolebant facere more solito populo confessionem qui dictum Corpus Christi associaverant.

Item quod dominabus pregnantibus, et in tempore pariendi denegaverunt comunicationem more solito Corpus Christi

Item ad vocandum populum ad audiendum verbum Dei in predicationibus prohibuerunt sonare campanam

Item quod predicatum fuit quod per terram ubini et alie &c. ac universitates,

et

et persone earundem erant excommunicate, et alia dicebant ultra contenta in Processibus multum varia et dissona rationi.

Item quod sacerdotes qui habitant in villis, quando aliquae persone de dictis quatuor Communitatibus sunt in Ecclesiis vel Cimiteriis Ecclesiarum nolunt celebrare, et expelluntur ab ecclesiis et Cimiteriis.

Item quod inhibent et mandant quod familiares non debeant morari cum aliquibus Florentinis.

Item quod Nutrices habentes parvulos filios Florentinorum in villis ad nutriendum restituunt parentibus ipsorum asserentes eos non audere tenere propter preceptum sacerdotum.

Item quod hanc pessimam extorsionem faciunt ipsi sacerdotes mandantes illis qui sunt sub eorum cura quod debeant a Florentinis redimere eorum pignora, et quando revertuntur cum eorum pignoribus dispignoratis dicunt omnibus vos fuistis locuti cum Tuscis, et propter hoc vos estis excommunicati unde si vultis absolvi solvatis tantum etc. et per pecunia faciunt dictas absolutiones, que extorsiones pecunie sic sunt.

Item quod sacerdotes in villis morantes monuerunt in generali quod ad mercata in ipsis terris ire non debeant.

Item quod Communiter sacerdotes posuerunt et ponunt terrores, et errores in populo dicentes, quod omnes sunt excommunicati, et quod non possunt absolvi nisi ab Papa.

Item quod Officium Divinum sub missa voce, et januis clausis, ut debent et tenentur non celebrant.

Item

Item quod non dicunt vigilias submissa voce ut tenentur, et recipiunt redditus ab defunctis relictis nec orant pro eis

Item quod informant omnes indiferenter quod non debent comunicare negotiari, participare, nec loqui cum aliquibus de dictis quatuor communitatibus nec cum Florentinis nec cum aliis.

Que omnia sunt preter et contra voluntates inhibitiones, pronunciationes sententias, condempnationes, et mandata Sedis Apostolice, ut in processibus nuper publicatis super hac materia loquentibus plenius, et clarius singulariter specialiter, et generaliter continetur, si bene et perspicaciter ipsos legens voluerit. Ad sui inteligentiam et profundam veritatem hec apprendere.

Super quibus die ultimo Septembris fuit directus prudens vir Dominus Elias Sequin. doctor ad dominum nostrum in Aquilegia sibi exponere debens supradicta omnia pro parte dictarum quatuor Communitatum, videlicet Civitatis Utini, Glemone, et Venzoni.

Et ad respondendum ipsi domino nostro super ambaxiata facta per sui parte Utinensibus per dominum Rolandinum Capitaneum Utini duo in effectu continente, primum quod ex deliberatione facta specialiter in Consilio Utini Corpora defunctorum sepeliebantur in sepulturis ecclesiasticis, secundum quod laici cum Crucibus que ante corpora ferebantur sepulturis predictis tradebantur.

Ad que duo responderi debet per eundem dominum Eliam primo quod

quod dicta deliberatio de qua sequitur ejus paternitas, contra veritatem informata, non est verum, nec unquam facta fuit dicta deliberatio. Secundo quod corpora defunctorum debent in ecclesiasticis sepulturis sepeliri ratio est quod terra usinensis non est de veritate interdicta, nec homines ejusdem terre, seu persone sunt interdicte nec excommunicate sed in plena et sancta sanctissimi domini nostri domini Pape fuerunt sunt et erunt cum altissimi gratia obedentiaque fideli. Ideo carere non debent ecclesiasticis sepulturis. Et advertat deus quod ipsi nunquam excedant taliter quod dictum beneficium perderent de jure. Et postquam clerus seu sacerdotes recusant associare corpora defunctorum ad sepulturas ecclesiasticas, et eis providere de divino officio pro animabus eorum. Oportet ergo quod laici sine eorum presentia cum crucibus et luminaribus hoc faciant caritative ut melius sciunt et possunt.

1377. 6. 8bre

Item die sexto mensis octobris retulit in pleno consilio prudens vir dominus Elias predictus, que obtinuerat a domino nostro Patriarcha predicto super commissis sibi per dictas quatuor communitates scilicet Iustatis, Utini, Glemone, et Venzoni distincte et pariose notatis in presenti quaterno foliis proxime precedentibus: quarum quidem responsionum et obtentionum effectus substantiales hii sunt &c.

Primo quod dominus noster adhuc continuavit suas monitiones radarguit quod non sumus obedientes, nec observamus mandata Pape

in executionibus fiendis contra Florentinos ymo verius resistimus &c.

Super quo instetit firmiter et constans dictus Dominus Helias quod salva reverentia ipsius domini nostri indubitanter credimus observare mandata predicta, et parere in totum sancte obedientie ipsius sanctissimi Patris, et dicti domini nostri cum vere non cognoscebamus nec cognoscimus aliquem Florentinum de remansis in dictis quatuor Terris esse de ligatis juxta processus Papales ymo verius, et certissime omnes remansi Florentini predicti in dictis quatuor Terris sunt de exceptis, quos dicti processus clare exceptant &c.

Item de ... ad portandum ante Corpus Domini nostri cum fertur per Terram ad infirmos Et de pulsatione campanarum ad vocandum populum ad predicationes clare iterato obtinuit &c.

Item de sepulturis Ecclesiasticis pro corporibus defunctorum &c. Restat quod fuit magna disputatio inter Dominum et suos clericos et ipsum dominum Eliam et finaliter ~~fit~~ sic remansit, quia tenebant quod ecclesiastice Sepulture non concedebantur in loco interdicto. Super quibus domini ipse dominus Elias se affirmavit quod loca dictarum Terrarum neque persone erant interdicta sed aggravabamur de officio divino in dictis Terris publice suspensso

Super autem omnibus aliis dominus noster Patriarcha predictus responsione dare non curavit quia visa fuerunt sibi levia et non multum notanda

Item pluribus diebus exeunte mente Octobris Nonnulli Fratres Minores de Consilio Valentis viri domini Fratris Johannis in sacris scientiis splendientis ad experiendum si aliqui velent dicere, vel obtinere quod Populus Utinensis vigore processuum Papalium antedictorum

clerum esset interdictus celebraverunt exeunte mense Octobris in huius-
modi Millesimo . III . LXXVII . in Ecclesia Beate Caterine Virginis et Mar-
tiris gloriose prope Cornarium ex quibus hec successerunt .

Videlicet quod presbiteri Culonus Canonicus Utinensis, et Nicolussius, qui vo-
catur de malazumpica Officians in Ecclesia Sancti Christofori de Uti-
no burgi superioris, quo spiritu moti fuerint nescitur, sed vere com-
prenditur ex consequentia inferius declaratas, quod non moverunt
se a caritate, accedentes Aquilegiam ad presentiam domini Grego-
rii Decani Aquilegensis supra nominati retulerunt sibi celebrationem
Missarum divinorum factam per dictos minores .

Ex quibus immediate successit, quod dicti Minores celebrantes in di-
cta Ecclesia Sancte Caterine Missarum solempnia fuerunt licen-
tiati et exclusi a dicta Ecclesia et celebratione predicta

Et sic privaverunt populum Utinensem ab huiusmodi suavissima con-
solatione exasperantes, et aggravantes factum huiusmodi, ubi
ipsi presbiteri debuissent, et debent cum licentia et honesta
moderatione populum predictum supportare, et eisdem suvem-
re de participatione aliqua divini Officii saltim extra locum
et Terram Utinenses, et si per dictos fratres minores suve-
niebatur turbare non debuissent, si ymo suadere in quantum
possent cum convenientia, et honestate quibus possunt ut
supra .

Super quibus predicti Minores affirmaverunt se celebraturos Mis-
sarum solempnia extra Terram Utini si habuerunt Eccle-
sias subiectas eorum Ordinis quia ipsa Ecclesia Sancte
Caterine est subiecta sacerdotibus, quorum sine licentia in

eadem

eadem celebrare non possunt. Affirmantes, et declarantes ex certa scientia, quod Effectus substantialis dictorum Processuum non prohibent quod Populus Utinensis, et omnes de Utino, et quelibet persona in singulari de ipsa Terra possunt et possit libere audire missarum solempnia, et interesse Officio Divino in qualibet Terra et loco Fori Julii ubi interdictum non servatur, et extra patriam Fori Julii.

Cum hoc sit clarum publicum et manifestum quod Populus Utinensis non est interdictus, neque aliqua singularia persona de ipsa Terra Utini virtute processuum predictum.

Licet de loco ipsius Terre Utinensis utrum est interdicta ipsa Terra vel non consistit hoc in dubio quia si Florentini existentes in eadem non sunt ligati in dictis processibus ipse locus Utinensis interdictus non est quamvis in dubio observetur in eadem Terra interdictum predictum. Quod forte non est tutum nec sapienter actum intrare hujusmodi obbedientie observationis laqueum ubi abstineri poterat sine dubio et periculo animorum etc. quia clare constat Populo Utinensi predicto Florentinos domicilariter in dicta Terra Utinensi habitantes non esse ligatos in predictis processibus.

1377. 6. 9bre

Item die sexta Novembris proximo subsequentis dictum mensem Octubrem fuit per laycos et sine presentia Sacerdotum sepultum Corpus Johanutti Porcari de Utino honorifice penes Ecclesiam Majorem Utinensem in quo casu fuit valde notabilis pius et caritativus actus quidam factus.

Videlicet quod omnibus pauperibus Christi presentibus dicte sepulture datus et assignatus fuit in effectu elimosine unus Candelotus

pro

pro quolibet cum uno denario in eodem posito, qui pauperes Christi antecesserunt Una societate corpus predictum cum predictis Candelis accensis usque ad dictum Ecclesiam, et in eadem Ecclesia stantes circa dictum Corpus, et donec fuit traditum sepulture.

377. 15. 9bre
Item die quinto decimo Novembris facta relatione in 'ultimo coram Deputatis per ipsas quatuor Communitates per antedictos Nicolussium Arcimendarcha et Odoricum de Monesteto de omnibus per eos gestis in Curia, et de eorum successibus, habetur in effectu quod dominus Papa voluit concedere suspensionem interdicti per tres menses et interim ad partes mittere dominum Abbatem in littore Sancti Nicolai de Venetiis, quia apud Nos debuisset se plene informare de conditionibus Florentinorum apud nos existentium, et de hiis que invenerit in predictis ipsi Sanctitati referre, quorum litteras assignandas continentes predicta eisdem nostris Ambaxiatoribus et sub dicta forma commisit ipse dominus Papa eorum Cardinali Vivariensi fieri faciendas etc.

Item qualiter ipse Dominus Vivariensis in totum variando et recedendo a dicta commissione volebat primo clare se certificari a dictis Ambaxiatoribus qui erant Florentini expulsi de Patria Fori Iulii et qui remanserunt. Non volentes igitur dicti Ambaxiatores facere huiusmodi declarationes tum quia non habebant in mandatis, ac etiam vetante pura ignorantia recusaverunt ipsas facere declarationes, tamen videntes quod ab ipso domino Vivariense aliud non poterant obtinere quosdam de expulsis et a casu Iobuerunt Iohannes de Bardis, Zilium a moneta et alios nominaverunt et reliquos de remansis sed non in totum propter ignorantiam.

Tunc

Tunc ipse Dominus Vivariensis non contentus de predictis exhibuit ei se
daturum litteris hec continentes videlicet; quod ipse Dominus Abbas
de Sittora debeat venire ad partes fori Julii cum plena auctori
tate primo, et ante omnia accipiendi indifferenter omnia bona
Florentinorum, quos sibi et sue oppinioni et declarationi videbe-
tur de ligatis. De aliis vero existentibus Florentinis in dubio
utrum essent vel non essent ligati bona omnia indifferenter
debebant poni per ipsum Dominum Abbatem ad manus tutas, et
sequestrata teneri etc. et tunc si eidem Domino Abbati visum
fuisset poterat per aliquod tempus parvum suspendere interdictum.

Item qualiter ipsi Ambasiatores videntes quod hec erant dubiosa, et aspe-
riora quam in Processibus continetur, et totaliter contra nos fa-
cere, et sepe, et sepius per ipsos frequentata materia si melius
et utilis poterat obtinere, et viso quod non, ea qua potue-
runt convenientia, et honesta recessere.

Super quibus ibidem deliberatum fuit per ipsos omnes Deputatos ut
supra, quod Egregius miles Dominus Franciscus de Savorgnano, et
Dominus Azolinus de Gubertinis Unaa cum Ambasiatoribus de Sacile,
Glemone, et Venzono ire debebant ad Dominum nostrum Patriarcham
prout iverunt Aquilegiam ad conferendum super predictis cum ipso
Domino nostro et ad adhibendum aliqua alia remedia in predictis et
ad faciendum aliquas utiles provisiones circa predicta.

Ex quibus facta collatione cum ipso Domino Patriarcha circa tria super
predictis, fuit conclusum per ipsum Dominum. Primo quod intende-
bat omnino interdictum servari debere nec fieri per Sagos aliqua
novitates contra Clerum. Secundo quod mitteretur Dominus Azoli-
nus

nus predictus ad serenissimum dominum Regem Ungarie cum ipso
so domino Paduano, qui ad eundem Regem vadit, ut ipse dominus nunc
Apolinius super his et aliis tangentibus ipsum Dominum nostrum et nos ex
Patriam valeat liberare et specialiter exponere has nostras interdi
cti presuras, et supplicare ejusdem Culmini Reali pro consiliis
suis, favoribus et auxiliis obtinendis in predictis et circa predicta.
Tertio, et ultimo quod sagaciter exquireretur si possit inveniri
aliquis modus honorantie faciende, ut pro pecuniis hoc Edictum interdictum
relevetur &c.

Super quibus tunc ipsi deputatis visum fuit, quod sic per aliquos dies
superstaretur, et si aliqua appareretur de novo in hujusmodi facto
tunc immediate conveniri, vel si aliqua viderentur Civitatibus
Utinensibus vel Glemonensibus aut Venconensibus proponenda, novare
movere.

1377. 27. 9bris Item die vigesimo septimo dicti mensis Novembris. Apparuit nobis lux
magna in dicta pressura, quia magister Curie domini nostri domini
Patriarche reversus de Ungaria litteras gratiosissimas nobis apor-
tavit ab ipso Serenissimo Rege supplicatorias ad Dominum no-
strum Papam dirigendas multum affectuosas. Quarum copia
sequitur in succedenti folio, supplicando ipsi Sanctitati Papali,
ut sibi tanquam devoto filio Ecclesie Sancte Dei dignaretur
concedere relaxationem interdicti, et ut a tali honere stimulo
liberaremur.

1377. 29. 9bris Item die vigesimo nono dicti Mensis convenerunt in Utino dicte quatuor
Communitates Civitatis, Utini, Glemone, et Venzoni, consiliate mul-

fuerunt cu

de dicto
sum edicto dono Dei litterarum predictarum. Et quia etiam ab ipso domino nostro per dictum Magistrum Curie reportantem ordenus, quod dictus dominus Rex suum mitebat ad presens Ambaxiatorem ad ipsum dominum nostrum Papam super aliis suis agendis habentem specialem commissionem ab ipso domino Rege, ut cum Ambaxiatore universitatis Patrie Fori julii deberet laborare erga dictum dominum nostrum Papam pro hujusmodi gratia obtinenda. Deliberatum igitur fuit et provisum, quod ex parte hujusmodi quatuor Communitatum mitteretur ad dominum nostrum Patriarcham predictum, qui est Aquilegie prout electus et missus fuit Nicolaus domini Gabrielis de Utino ad obtinendum quod Clerus Patrie Fori julii per hanc legationem fiendam deberet facere expensas, quia ainco fecerunt expensas supradictorum duorum Ambaxiatorum, que nuper a Curia redierunt, vel saltem quod dictus clerus contribueret in hujusmodi expensis fiendis pariter cum laycis, quia presens negotium eos tangit quantum ad commodum et ad curam animarum, que tenentur, plus quam ad laycos &c.

1377. 1. decembris

Super quibus reversus idem Nicolaus die prima Decembris in presentia omnium representantium dictas quatuor Communitates retulit qualiter super predictis sibi commissis fuit cum domino nostro Patriarcha predicto, et naratis expositis per eum, et responsis per ipsum dominum nostrum in conclusione finali dicti casus retentum et conclusum fuit, quod de honestate et debito dicti Cleri non erat conveniens quod pro his expendere nec contribuere quia imputaretur dicto clero, quod presta-
ret

vel auxilium et favorem Florentinis; cui quidem conclusioni iterum per

eundem Nicolaum responsum fuit quod talis consequentie non esset respi-

ciendum, quia factum proprium dicti Cleri et Sagcorum tractabatur ad

purificandum eorum innocentiam qualiter contra Papales processus non com-

miserunt, nec committunt, neque faciunt vel prestant auxilium vel

favorem Florentinorum etc

377. 2 xbre. Item in crastino videlicet secunda dicti decembris convenientes videlicet pro

Civitatensibus dominus Rodulfus de Portis, et Nicolaus Anzelli et pro Utinen-

sibus egregius Miles dominus Franciscus de Savorgnano domini Zo-

tinus, et Helias fratres legum doctores ac Gabrielis Gabdassius de Pro-

Driottis Nicolaus domini Gabrielis predicti, et ser Hector Merlitte.

Et, nota quod predicti Utinenses fuerunt et sunt in tota hujusmodi

materia a primevo usque ad finem electi et deputati per dictam Com-

munitatem Utinensem; et pro Glemonensibus dominus Raynaldus

Capitaneus Glemone, et Daniel de Francis, ac pro Venzonensibus Jo-

hannes Magistri Pelegrini Mt. de Venzono; super quibus factis

pluribus avisionibus (sic), Deputationibus, et Ratiocinationibus demum

deliberatum fuit inter eos, et pro meliori firmatum, quod mitteretur

iter iterato per Sagcos et eorum expensis in dicta delegatione.

Ad que exequenda electus fuit per ipsos prudens vir dominus Ro-

landinus de Ravariis de Regio juris peritus, cui pro expensis suis

dando, et assignando deputaverunt certum et viginti ducatos solven-

dos medietatem ipsorum per Communitatem Utinensem, et aliam medie-

tatem per dictas tres Communitates videlicet ipsius medietatis per Com-

munitatem Civitatensem, et alterius medietatis ipsius medietatis du-

as partes per Communitatem Glemone, et tertiam per Communitatem

tem

tem Venzani. Qui dominus Rolandinus dicte delegationis honus acceptavit: et dandum per Capitula eidem domino Rolandino commissionem agendum commissum fuit dicto ser Hectori predictis, ut capitulariter comprehendet, et tunc hosteriorel ipsius deputatis etc.

Copia Litterarum Serenissimi Domini Regis
1382, 9 genn. Ungarie Directarum favore nostro dominitapre. etc.

Clementissime Pater significavit mihi Communitatis Fori julii, que sub mea protectione, ut scitis constituta existit, quod S. V. eandem Communitatem propter Florentinos in medio eorum ressidentes, interdicto aggravatis, cum Florentini in medio eorum habiti sunt inter eos in dictis partibus a diutinis temporibus radicati adeo quod magis Furlani quam Florentini existunt, quia nullam contributionem adversus Ecclesiam Romanam, et S. V. faciunt neque fecerunt. Quare V. supplico affectione filiali, quatenus prelatam Communitatem Fori julii consideratis pie premissis a dicto interdicto reddatis, et eximatis gratiose absolutos; ne Aquileiensis Ecclesia, que procul dubio destituta est iuribus graviora non patiatur dampna. In eo mihi S. V. gratiam faciet specialem. Datum Zolii IX. mensis Novembris Anno LXXXII.

Ludovicus Dei gratia Rex Ungarie, Polonie, Dalmatie etc. Romane Ecclesie Filius devotus

Mansio Littere exterius

Sanctissimo in Christo Patris, et Domino D. G. Sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie Summo Pontifici

1.57. 6 xbri

Item die sexto Mensis decembris predicti in festo Beati Nicolai recessit a Terra Utini ipse dominus Rolandinus, et iter arripuit in viam pacis prosperam, et felicitatis Qui cui faveat Altissimus in agendis: Et receptis Capitulis proxime subsequentibus, et novem litteris una Regali, cujus copia supra, duabus duobus Cardinalibus, cui ei melius visum fuerit presentandis, quia Mansiones ibi scribet exterius, quarta Cubiculario Pape, quinta domino Nicolao Napolitano, sexta domino Bartolomeo Plasentino, septima Excelso domino Paduano, ut scribere dignetur in Curia in nostro favore, octava domino Johanni de Lignano Vicario in Bononia, nona Barne Valorini de Florentia: Et ultra has prima que omnibus aliis preponi debet domino nostro Pape credentialis loquens in personam dicti domini Rolandini, pariter et dicentis[?] in exceptis Regalibus predictis.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ideo ad laudem ipsius Trinitatis, et gloriosissime Virginis iter arripiat dominus R. (Rolandinus) die Veneris, et in viam pacis prosperam et felicitatis dirigat dominus gressus suos, ut sanus et incolumis cum nostra intentione optata, et totaliter perfecta revertatur ad propria

Deinde iter suum acceleret quantumcumque poterit cum ejus tamen commoditate persone ut valeat pervenire ad Curiam Romanam Serenissimi domini Regis Ungarie Ambasciatorem si possibile fuerit, vel saltem ut idem Ambasciator non aggravetur de longa expectatione dicti domini R. (Rolandini) quia verissimiliter credere debemus quod ad tractandum negotia tanti Principis non est tardatio facienda eo maxime quia grandia et ponderosa debeant reputari, ita

quod

quod esset de magna inconvenientia dare causam laudationis pre-
dictorum &c.

Item cum fuerit Bononie se presentet domino Johanni de Lignano, cui
etiam det litteras recommendatorias loquentes in personam dicti dom.
ni R. (Rolandini) et eidem explicare potest sub brevitate causam
quare vadit, et petat ex parte domini et respectu Universitatis Jo-
rijulij, et specialiter istarum quatuor Communitatum videlicet Ci-
vitatis, Utini, Glemone, et Venzoni auxilium suum consilium
et favorem sc. videbitur sibi expedire pro ulterius incedendo.

Item similiter se presentet dominis prioribus artium, et Regimini
in Florentia, et det litteras Recommendatitias ut supra, et desig-
nat, et petat ut supra si sibi videbitur.

Item cum fuerit in urbe dei gratia cum magna solicitudine et diligen-
tia prompte inquirat de Ambaxiatore domini Regis &c. donec
invenire veritatem si est in Curia vel si ivit et recessit.

Item in casu quo ipsum invenerit, quod Altissimus prestet sua potentia
infinita captata comoditate ut eidem domino R. (Rolandino) con-
veniens visum fuerit, sine temporis protractione conveniat cum eodem,
et per viam collationis et informationis hec explicet et dicat eidem
factis salutationibus, et recommendationibus domini nostri et nostrum
convenientibus &c.

Primo namque ad apostolationem processuum, et presentationem eorundem cau-
telose factam domino nostro Patriarche tunc residenti in Utrino,
et qualiter ex quadam littera missiva per sanctissimum dominum
nostrum Papam eidem domino nostro Patriarche coactus fuit ex
strictis mandatis in eadem insertis fieri facere publicationem eo-
rundem; die penultimo Mensis Augusti proxime preteriti facta fuit.

Et

Et qualiter in eisdem continetur inter ceteras quatuor exceptiones.

Prima quarum quod omnes Florentini habitantes cum eorum domici-
lio extra Civitatem Florentie districtum, Civitatum, Terras, Castra, vias ex-
istentes, et loca eidem Civitati Florentie subiecta dummodo re vel ipso
facto non habeant possessiones in eisdem, nec contributiones faciant, ipsa
vel spectent successiones, aut divisiones a fratribus vel sint facto-
res, aut negotiorum gestores eorundem Florentinorum non sunt in-
clusi in eisdem processibus.

Secundum item similiter et mulieres, et clerici.

Tertia item septuanarii (septuagenarii) et pueri ab octo annis infra.

Quarta item banniti a Florentia et eius districtu ut supra bannis du-
rantibus.

Item qualiter clerus in Patria Forijulii dubium facientes et se affir-
mantes quod omnes Florentini habitantes in Patria Forijulii sive
sint ligati sive non debebant exivisse contratam, et propterea
retinent Nobis divina, et cessant celebrare, et officium divinum
facere

Super quibus ex latere Loycorum fit defensio naturalis et vera et
probabilis ipso facto, quod predicti Florentini habitantes in Pa-
tria sunt totaliter exceptati, et in ipsis non ligantur proces-
sibus, quia nullus noviter Florentinus venit ad habitandum in
Patria Forijulii sed omnes indifferenter sunt a quadraginta
quinquaginta annis, et ab inde super elevati in Patria pre-
dicta, et quod plus est quod quasi major pars ipsorum sunt de
sanguine Furlano ex linea feminina producti quia nemo ipso-
rum Florentinorum uxorem duxit in Patriam predictam de suis

Justitia ecu

Jussicia, ymo sunt quasi omnes uxorati in ipsa Patria Fori julii, et popularis conditionis.

Et hec dicuntur affirmative, quia in ipsa Patria fori julii, quia modicum quid est, omnes quasi Cleri, Nobilium, et Popularium de notabilibus personis, est plena aperta et manifesta notitia, nam quasi indifferenter omnes se cognoscunt ad invicem.

Propterea quia clare et manifeste constat quod ipsi Florentini apud nos habitantes non sunt deligatis in ipsis processibus ymo vere sunt exceptati. Ideo dicitur per laycos quod sine aliqua declaratione Papali que neccessaria non est debent ipsi Florentini in Patria fori julii habitantes, qui potius Curiani veniunt nuncupandi gaudere privilegio, et gratia Papali ipsarum exceptationum factarum more pii Patris, ut in processus continetur

Quare dicunt layci in predicta Patria fori julii se indebite et injuste gravari per Clerum de suspensione divini Officii, quod non fit publice in Populo more solito cum ipsi layci inspecto tenore substantialiter dictorum processuum Papalium sunt in vera, et perfecta obedientia nec unquam in predictis excesserunt, vel excedunt

Imo qualiter super predictis gravaminibus pro parte dictarum quatuor Communitatum fuerunt due valentes personas directe ad ipsum sanctissimum dominum nostrum Papam, a cujus sanctitate demum obtinuerant quod Officium Divinum debebant nobis ministrari more solito per spatium trium mensium: Et interim pro parte ipsius domini Pape debebat ad partes venire Venerabilis Abbas Sancti Nicolai in litore de Venetiis collector ejusdem, et se to-

taliter

taliter informare de predictis omnibus conditionibus predictorum Florentinorum et tunc reportare et referre ipsi Sanctitati ut super minus hiis ulterius providere possett. Licet hoc de commissione prefatis ex- faciebat contra nos quam pro, et invite videbamus, quia constet Rectores Papales ut comendantur in Curia, et retineantur in ipsa officiis beatane, non equitate et dulcore temperantie sed re res viis utuntur severitate, et asperitate. ipsa quod de talibus commissione, et relatione fiendis non sperabamus de utili futuro fructu sequendo sed potius de contrariis dubitantes intro- re adhuc laqueos duriores.

Item qualiter ipsis Ambasiatoribus dominus Legatus Vivariensis cui ipse Santissimus Pater litteras commiserat fiendas, et assignandas dictis Am- basiatoribus presentandas clero in Patria Forijulii et officium divi- num deberant Populo administrare, recusavit ipsas in hac forma tradere, sed volebat litteras magis aggravatorias ipsis Ambasiato- ribus dare quam processus existentes: videlicet quod idem Abbas debebat venire ad partes, et primo, et ante omnia indifferenter accipere omnia bona Florentinorum, qui ad sui declarationem vi- derentur sibi de Ligatis, et bona aliorum in dubio existentium Flo- rentinorum debebat indifferenter sequestrare. Quibus namque tam gravibus iniectis, indebitis, et inconvenientibus visis, et auditis ipsi duo Ambasiatoribus sic recesserunt a Curia, et repatriaverunt vi- dentes quod aliud non poterant obtinere, et quod ista erant ad ad- dendum afflictionem afflictioni &c.

Item qualiter hec Bulla benedicta apparuit de ipso invictissimo, et Serenissi- mo Domino Rege, qui in litteris suis posuit benedictam Ecclesiam Aquileiensem cum tota Patria Forijulii sibi subiecta, quo effe-

ctual

crudaliter habetur quod ipsa stridores, devorationes, et flammas et recondita est in sinu Habrae, quo indubitata spes habetur sempiterne requie, et te clementissime movente sine supplicatione vel exortatione ad succurrendum dicte Universitatis Forojulii, ut hec oppressio tolleretur.

Item primo ipse Dominus R. (Rolandinus) incipiat a gratiarum actionibus de Sancte dote de quo Retributor omnium dignetur retribuere ipsi anctitati pro nobis non valentibus, et ipsum culmen Regale cum felicitate in Stabis conservet sua potentia infinita longeve, et tot mansuetudines, et Christianorum subsidia, que ab ipsa serenitate habentur seculo non defficiant; et de plenitudine litterarum suarum dirigendarum ipsi, que circa narrationem ita egregie et plene secundum rei veritatem sonant, et tam devote, et affectuose petunt etiam de gratia speciali; quod interdictum removeatur etc. Quarum litterarum ipse serenitatis copiam misit per Magistrum Curie Patriarchalis, qui easdem Regales apperuit litteras.

Ceterum concludetur ipsi Ambaxiatoria per eundem Dominum R. (Rolandinum) quod a nobis mittentibus habet in mandatis se totaliter regendi, exponendi, et faciendi, ac requirendi secundum mandatum et voluntatem dicti Domini Regis Ambaxiatoribus in predictis, et circa predicta supplicans humiliter eidem ut ipsum in hiis non tedeat laborare.

Item hiis collatione, et informatione celebratis deinde post in omnibus et singulis casibus actibus et successibus se totaliter regat secundum mandata, et hordinationes atque voluntates et consilia dicti domini Ambaxiatoris Regalis, et ipsum, et vestigia sua in predictis totaliter juxta posse ipsius domini R. (Rolandini) sequatur indifferenter

cum

cum debitis tamen convenientibus ~~litteris~~ licitis quoque modis et honestis.

Item unum non omittat pro regulari, ut cura sollicita omnia ipse Dominus R. (Rolandinus) expediat in Curia que erunt necessaria pro suis expeditione et recessu, ita et taliter quod si fieri potest nihil restet ad agendum post recessum dicti domini Regis Ambaxiatoribus ipsa Curia, quia fere, et sine dubio in absentia dicti Ambaxiatores obtinere non poterit expeditionem sicut obtinebit cum Dei auxilio in sua presentia &c.

In alio casu, quod Deus avertat si Ambaxiatorem predictorum idem non invenit, hec notatur ad sui memoriam &c.

Primo namque investiget cura sollecita si ipse dominus Ambaxiator fuit in Curia, et si mentionem aliquam fecit de factis nostris domino Sanctissimo Patri, vel si alicui persone ex parte domini Regis in Curia recomisit Ambaxiatorem Sultanum &c.

Item si ipse Dominus Ambaxiator supplicationem Sanctitati Papali interposuit pro factis nostris: Quid namque ipse Dominus Ambaxiator finaliter obtinuit ab ipsa Sanctitate.

Si autem invenier, quod gratia relaxationis interdicti sit facta ipse Dominus R. (Rolandinus) procuret habere litteras relaxatorias et videat tenorem earum ante quam claudantur, et sigillentur, ut in dicto casu aliquam deceptionem non recipere, nec expedit in eo casu, quod literas regales quas secum portavit domino Pape presentat.

Item si fieri poterit nullatenus recedat a Curia sine ipsis literis relaxatoriis interdicti; et in eo casu si necesse fuerit aliqua quantitas

pecu

pecunie pro salario dictarum literarum solvendo, illam inveniat quo-
libetcumque (poterit mutuo (quia Altissimo concedente integre) restitue-
tur eidem.

Si vero ipse dominus R. (Rolandinus) invenerit aliquam suspensivam da-
tam a Domino nostro Papa, eidem Ambaxiatoribus Regalibus, vel ali-
quam commissionem factam alicui ex Cardinalibus vel aliis personis
super responsione fienda per ipsum Dominum Papam ad petita,
et supplicata pro factis nostris hujusmodi pro parte dicte Sere-
nitatis Regalis

De tali suspensive vel commissione totaliter de forma ipse dominus R.
(Rolandinus) se informet ad plenum, et si videtur ea prosse-
quenda prossequatur si prudentie sue videbitur ad finem optatum
pervenire.

Si vero inveniret solum aliquam recommendationem factam per ipsum Domi-
num Ambaxiatorem regalem de Ambaxiatore Furlano alicui Do-
mino, quia verissimile est dominum Regem rogasse dare Pro-
curatorem et promotorem suum in Curya qui gerit et curat ibidem
facta sua et suorum.

Item dominus R. (Rolandinus) tunc ab ipso cui commissum fuerit se
informet de suo consilio, et doctrina et eidem supplicet de favore et
auxilio suis eidem domino R. (Rolandino) subveniendis, et juxta
ejus consilium, et informationem totaliter se regat.

Si autem quod absit non invenerit dictum Ambaxiatorem, et invenerit
quod nulla mentio facta sit de ipsis factis nostris in Curya, neque
aliqua recommendatione ut supra -

In eo autem casu tunc procuret ipse dominus R. (Rolandinus) et laboret prudenter et bene, ut ad presentiam domini Pape valeat pervenire.

Item cum ipse dominus R. (Rolandinus) fuerit ante conspectum sanctissimi factis Reverentiis, et recommendationibus debitis et convenientibus ac nedum osculo litteras Regales, et litteras nostras presentet ipsi Sanctitati, et petat gratiam, ut in litteris predictis regalibus continetur, et tunc replicando superiora verba de exceptationibus personarum in processibus contentorum exponat ipsi Sanctitati substantialiter.

Et quomodo, et qualiter subditi Ecclesie Aquilegiensis, et specialiter dicte quatuor communitates devote subiecte et fideles ipsius Sanctitatis, et universalis Ecclesie sancte Dei fuerunt, sunt et erunt cum Dei gratia semper et continue in sancta, et vera obedientia.

Et qualiter laici in patria Forijulii, et specialiter in dictis quatuor communitatibus inevitabiliter, et iniuste gravantur per Clerum de suspensione Divini Officii, cum secundum tenorem et mandata processuum observatis excogitationibus in eisdem more ipsi Patris inclusis non excedunt neque excederunt, ymo vere Florentini in eisdem Terris habitatores sunt vere de absolutis et exceptatis.

De quibus notorie clare et manifeste constat quod non solum persone ad presens existentes in hac luce Florentinorum predictorum cognoscuntur, verum etiam eorum productiones originales, quia quasi omnes descendentes eorum in dicta Patria existentes de sanguine Furlano processerunt ex linea materna.

Item

Item quod aliquis penitus Florentinus non est in ipsa Patria, et specialiter in dictis quatuor Communitatibus inviter ob indignatione citra perventus ad habitandum in Patria, ymo omnes antiqui sunt a quadraginta, et quinquaginta annis, et ab inde supra in Patria constituti, et parve conditionis nihil penitus in Florentia vel eius districtu quo habentes vel exinde aliqua habere sperantes.

Item qualiter ipsa Sanctitas providit pridie ex relationibus Ambaxiatorum, qui ad ipsam Sanctitatem nostra pro parte fuerunt, quod administrationem divini officii habere deberemus per spatium trium mensium, et quod interim Venerabilis Dominus Abbas Sancti Nicolai in litore de Venetiis debebat venire ad partes istas jussu, et inquirere et se informare de predictis, et inquisita tunc referre ipsi Sanctitati ut ulterius valeret providere.

Item qualiter dominus Cardinalis Sivaviensis literas secundum predicta mandata et provisiones dicte Sanctitatis tradi facere recusavit, ymo tradere volebat ipsis Ambaxiatoribus literas continentes graviora et supra quam in processibus continentur, scilicet de acceptione, et sequestratione omnium bonorum Florentinorum et supra. Et hic si videretur ponat silentium ori suo.

Item litteras regales, et litteras nostras presentet ipsi Sanctitati, et petat gratiam ut in litteris predictis Regalibus continetur. Et hic si videbitur ponat silentium ori suo.

Deinde expectet responsionem gravem, et inconvenientem, vel nos aggravantem ultra hec quibus aggravamur instet flexis genibus, pro

grata

gratia obtinenda et quantum poterit.

Si vero obtinere non poterit aliquam gratiam pro nobis facientem caveat apportare aliqua secum, que graviore ministrarent et inferrerent de hiis que habemus.

Et recedat ea conveniencia de qua melius sibi visum fuerit.

Ceterum in mente sua continue recentem, et vivam retineat memoriam scribendi huc per quemcumque nuncium sibi occurrentem de omnibus successibus suis tam in eundo stando, et redeundo contingentibus quam pro omni tempore, et horas quibus steterit in hac Legatione. Et etiam non omittat scribere de observantiis Divini officii ut in Terris et locis per que transiet viderit observari.

Item pro conclusione hoc teneat, quod in quibuscumque casibus sive cum domino Ambaxiatore Regali sive sine ipso, procuret obtinere sub nomine supplicationis domini Regis predicti gratiam relaxationis interdicti absolutam, et sine aliqua conditione.

Item si omnibus diligentiis studiis, et laboribus factis ad obtinendum ipsam gratiam absolutam et fieri non possit, tunc non recuset acceptare eam conditionaliter, videlicet cum declaratione habente auctoritatem diffiniendi qui sunt ligati, et qui non.

Si autem non poterit obtinere illam conditionem cum ipsa auctoritate libere diffiniendi etc. tunc etiam non recuset acceptare predictam gratiam cum auctoritate referendi, dummodo in hujusmodi commissionibus tendis per dominum Papam obtineat si poterit obtinere unum saltem istorum, videlicet domini Episcopi Padue, domini Episcopi Trevisini, domini Episcopi Tergestini, domini

Episco

Episcopi Emorensis, Dominorum Abbatum Mosacensis, vel Sexten=sis.

1378. 26. agosto

Copia litterarum significantium de Pace facta inter Dominum nostrum Summum Pontificem et Florentinorum &c.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, ac dilectis filiis universis et singulis Electis, Abbatibus Prioribus, Prepositis, Decanis, Capitulis, ac Canonicis, nec non Nobilibus Viris Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Senescallis, Presentantibus, caeterisque Dominis temporalibus Universitatibus Communitatum, Castrorum, Terrarum, et aliorum quorumcumque locorum, ac aliis universis et singulis, ad quos presentes litteras pervenerint salutem et Apostolicam benedictionem. De circumspectionis industria, et fidelitatis intima puritate dilecti filii Bonaventure de Padua Ordinis Fratrum Heremitarum sancti Augustini, et sacre Theologie Professoris, ac ejusdem Ordinis Magistri generalis fiducie plenitudinem obtinentes, ipsum de nostra bona voluntate, quam ad statum pacificum totius Christianitatis gerimus, et quod cum dilectis filiis Florentinis et Perusinis eorumque aderentibus Civibus, et Communitatibus pacem, et concordiam fecimus, et firmavimus, duximus informandum cui super his et aliis, que vobis, ex parte nostra de premissis idem Magister retulerit tamquam ab ore nostro proprio prolatis indubitatam fidem adhibere curetis. Datum Tibure VII. cal. Augusti Pontificatus nostri anno primo.

Copia

Copia eorum qui exposita fuerunt summo Pontifici per delegationem Florentinorum, quando pacem obtinuerunt &c.

Sanctissime Pater et Clementissime Domine dum coram Vobis summo Romanorum Pontifice Celi hostiario et in Terris Jesu Christi Vicario, dum coram hoc Sanctissimo ac Reverendissimo Dominorum Dominorum Cardinalium Collegio, et tot Nobilium Ecclesiae procerum tot prudentissimorum Virorum oculis verba dicturus assurgo, dum meorum sensuum imbecillitatem considero, me ipsum temeraviae praesumptionis arguere, et quasi sitere cogor: sed quia ad loquendum me urget parere jussus, cui parendum esse vetustissimo jure sancitum est, me impellit sociorum, et majorum meorum collegarum hic coram Sanctitate vestra adstantium voluntas excusatum fore arbitror parere potius quam desistere: Curabo igitur obtemperare prius deinde ad explicandum mandata verum et pro subsidio adversus virium mearum imbecillitatem obtinendo ad illum recurro a quo ut in jure scriptum est: omne datum optimum, et omne donum perfectum, et qui res desperatas donare potest, et in quo nunquam frustra fuit reponere preces, et cum Prophetarum eximio psalmo XXX: In te Domine speravi, ad Dominum ora dicens: Illustra faciem tuam super servum tuum Domine dicam &c. Domine labia mea aperies et os meum annunciabit laudem suam.

Post invocationem itaque divini Nominis, et suffragii celestis, de immensa Clementia S. V. ac benignitatis summe confidens commissa Pater fideliter explicabo

Pater

Pater beatissime humiles et devotissimi servitores vestre beatitudinis Domini Priores Artium Vexillifer justitie Populi, et Communis Florentini, qui reputant Communitatem illam Apostolice Sedis, et V. S. devotissimam. Destinarunt notabiles, et dilectissimos Cives suos Oratores, milites Dominum Raganum de Strocis, Dominum Maghinardum de Cavalcantibus, excellentissimos legum Doctorum, que Doctores Dominum Philippum de Corsinis, et Dominum Alexandrum de Ancilla, Nobiles viros Stoldum de Albertis, Bindum domini Iacobi de Beardis, Virum Cambii de medicis, Matheum Iacobi Arrigi, et me Donatum de Barbadoro inter legum Doctores minimum cum illis licet immeritus creatus ad vestram Beatissimam sanctitatem pro quibusdam explicandis, que ipsi mei majores Collegae per me minorem socium explicari voluerunt, et quia mihi parere necesse est, veniens brevissime ad injuncta supplicantes humiliter Sanctissime benignitati vestre, ut me indignum coram tanta Sanctitate vestra Reverendissimisque Patribus et Dominis proferre sermonem, dignemini supportatum habere, rogans eosdem Collegas, ut ad sermones meos diligenter attendant, ut si qua tacenda protulero, aut proferenda tacuero, suppleant et emendant prout eorum prudentia et eloquentia putaverit oportunum.

Presentes igitur in Adventus nostri causa Beatissime Pater multiplex esse dinoscitur: Venimus etiam primo, ut Apostolice Sedis, et Sanctitati vestre debite visitationis officium impendamus, debite

dico

Dico si enim visitatum, et omni laude condignum veteribus tempo-
ribus fuit ad reformationem summi Pontificatus venire quanto magis
devotissimos Florentinos decet accedere ad reformationis presentis vi-
sitationem debitam Beatitudini vestre propter excellentiam meritorum
vestrorum de quibus taceo propter presentiam sanctitatis vestre, et
quia notoria sunt apud mundi oculos. Visitamus ergo vere et
non ficte pedes Beatitudinis vestre cum omni reverentia, et de-
votione, et ipsi sanctitati humiliter supplicamus, quare secundum
multitudinem miserationum vestrarum nos sic humiles supplices
ad gratiam et gremium S. R. E. dignemini admittere cum Christia-
nissimo imperatore iustiniano ad litteram dicentes, quia gre-
mium suum nunquam redeuntibus claudit Ecclesia. obsecro
igitur clementiam vestram, ut nos quam ad unitatem Ecclesie
reverti volumus indignationis vestre removeatis aculeos et
nobis intercedentibus benignam gratiam condonare, ut in Cu-
riues ... summa fertilitate, et si la

Venimus secundo ad venerandum sed quo erit tante Maiestati digna ve-
neratio. Psalmus nos instruit dicens. Venite adoremus et procu-
damus ante eum Ps. 94. venite exultemus. Nos igitur secundum ea
predictorum Dominorum nomine ac totius Communis Populi Flo-
rentini; et presertim; Guelforum nomine in quorum manibus an-
nuentes consistit regimen Communitatis Florentine quique zelo
devotionis accensi Romanam Ecclesiam reputaverunt actenus et

hodie

hodie ferventius reputant sibi matrem, ipsamque quasi sicus suum salutiferum et beneficum intuerunt, cum Justiniano prefato ad literam dicimus reddentes honorem Apostolice Sedis, et vestre Sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, est, et erit &c. ut in lege precedenti C. de summa Tri. et fi ca.
Horum ergo nomine Apostolice Sedis aggnicem, et S. V. venerantes, parvi, supplices, atque humo affixi hic coram mundi oculis ipsi terre ante Sanctitatis vestre beatissimos pedes humilia oris, sed et humiliora cordis oscula exhibuimus, et iterum exibuemus.

Venimus etiam ad congratulandum. Et certe Sanctissime Pater ne dum Florentia sed tota Ytalia diu sponso suo viduata gaudere deset ad pristinum coniugium revertisse, letari debet suum benignissimum dominum reperisse, exultari debet diu Ytalico destinata Pastore omnipotentis Dei miraculose operationibus de tam clementiam summo Pontifice ytalico restitutam fuisse, que considerantes prefati Domini nostri ... servitores totis Effectibus exultantes nobis subditis suis jussu ipsorum ad S. V. presentiam venientibus voluntatis sue mandatum dederunt dicentes: Introite in conspectu ejus in exultatione Ps. 99 Jubilate Deo. Congratulamur ergo cum Sanctitate vestra uberiori letitie de Assumptione Celsitudinis vestre cordialiter exultantes, et Deo gratias agimus et certe dicere

nos

possumus cum Ps. A Domino factum est istud, et est mirabile in seculis nostris. Hec est dies, quam fecit Dominus, exultemus et letemur in ea. Ps. CXVII. Confitemini Domino, et cantemus Domino canticum novum, quia mirabilia fecit, notum fecit Dominus salutare suum, et recordatus est misericordie sue, et veritati sue Domui Israel. Ps. XCVII.

Venimus quarto sanctissime Pater ad recommendandum hoc animi devotum vestre Sublimitati quam esse optamus, et cognoscimus et fatemur super omnem hujus seculi potestatem, quoniam potentissimi estis ultra alios ad adjuvandum et benefaciendum recomendamus ergo S. V. cum omnia instantia, et devotione principaliter dictos filios et devotos S. V. ~~cum omni instantia~~, dominos Priores artium et Vexilliferum justitie Populi et Communis Florentie, et ipsum Populum, et Commune ejusque Regimina et Rectores, specialiter autem et singulariter recomendamus sanctitati prefate Guelfos, et statum partis Guelforum dicte Civitatis. Et quia forte vel ignorationem nomen partis quasi scismaticum abhorret, scitote sanctissime Pater quod hec est illa pars Guelforum que quantumcumque partis vocabulo nuncupetur est tamen

Catholica nuncupata, quia nunquam ubi neccesse est hoc est si passet, Ecclesie neccessitatibus defuit, quapropter meretur sanctitatis V. favorem et protectionem, pars illa

a Vestra Paternitate diligentia singularem obtinere

Venimus quarto ad offerendum: Offerimus ergo S. V. et huic Sacrosanctissimo Collegio Dominos predictos populum et Commune, et partem guelforum Civitatis Florentine, et totum posse dicti Communis et Populi et partis guelforum quorum vere et fervens devotio est ad omne vestrum beneplacitum et mandatum effectualiter dispositos, et paratos.

Et quia que ultimo dicuntur melius memorie commendantur prefati Domini nostri totis suis affectibus cum S. V. pacem cupientes annunciant pro corde quod ipsi et populus ejus ad veram pacem cum S. V. sunt dispositi, et ad ipsam veram pacem S. V. ex intimo corde deprecamur. Unde dicere possumus vel possum in personis ipsorum quod scribitur Luce XIIII. in fi. legationem mittens rogat ea que pacis sunt, nomine ergo ipsorum Dominorum atque totius Populi, et Communis, et partis predicte concludendo dicimus quod scribitur in Sacra pagina: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis; Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis; Agnus Dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Fiat ergo pax in virtute tua Ps. CXXI. Letatus sum, et insuper supplicamus humiliter, et devote ut horribiles processus, et sententias prolatos et pendentes tam contra

Pop

Populum et Commune quam contra singulares Cives illius, iudiciis vestra sanctitas dignetur tollere, quoniam si in aliquo erravimus, quod per nos attentatur dicere contra Romane Ecclesie statum, veniam, et misericordiam petimus dicentes quod scriptum est per Ps. L. Miserere mei Deus: Asperges me Domine ysopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor:

Explicavi Beatissime Pater non prout decebat, sed prout parvitas mei ingenii mihi ministravit iniunctam Nobis Orationem petens in Erroribus meis veniam.

In conspectu S. V. Fides mea solum me salvum faciat deprecans ardenter ipsum Patrem luminum, a quo cuncta bona proveniunt quatenus S. V. concedat ea agere, que cedant ad sui laudem Sancte Romane Ecclesie exaltationem S. V. honorem, et totius ytalie pacem et tranquillitatem, sanctitatemque Vestram conservet incolumem pro tempore longiore, prout Ecclesie sue Sancte expedire dignoscitur quod ille concedere dignetur qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

1378. 7. 8bre

Item dicto Millesimo Trecentesimo septuagesimo octavo, indictione prima die septimo mensis octobris recesserunt et iter arripuerunt ad eundem ad Civitatem Florentie, et ulterius si expediarit ad Curiam Romanam Nobilis sinibaldus de Bardis de Florentia Vi-

ni [illegible], [illegible] doctus Celsio vel de Civitate Austria vir prudens et discretus pro obtinenda relaxatione interdicti hujusmodi, quia in pace celebrata seu data per Summum Pontificem illis de Florentia dicitur inclusas esse omnes partes mundi, ubi hoc interdictum erat publicatum, vel observaretur, qui Ambasciatores iverunt expensis Florentinorum habitantium in ipsa in Civitate Austria, et Glemona, quibus data fuit subsequens hic proxime nostra informatio: Et faveat Altissimus misericorditer in agendis, et conservet, atque dirigat, et reducat ad propria cum optata, et votiva nostra intentione, ut divino gaudeamus officio.

Felicis recordationis Dominus Gregorius Papa XI. mandavit moneri, et monuit per suos processus omnes, et singulas personas Ecclesiasticas, et Seculares cujuscumque conditionis &c. quod omnes Florentinos comprehensos in processibus suis expellerent cum effectu de omnibus Civitatibus, Castris, Locis, atque Terris infra XV. dies a die publicationis suorum processuum, alioquin omnia, et singula Civitates Castra et loca in quibus predicti Florentini manerent starent, vel aliquo modo conversarentur, quamdiu ibi starent, seu manerent eo ipso Ecclesiastico essent supposita interdicto; quia de certis Terris Castris, et Locis Diocesis Aquilegiensis dicti Florentini non fuerunt expulsi, sed contra moni-

tiones

tiones factas retenti predicta Terre Castra, et loca Ecclesiastico interdicto supposita remanserunt: et causam retentionis dictorum Florentinorum exponent Ambaxiatores si eis videbitur, et necesse fuerit pro faciliori expeditione, talis ergo interdicti petatur relaxatio, vel suspensio secundum quod aliis Civitatibus, Terris Castris, et locis, qui in delictum simile inciderunt concessum est. vel conceditur.

Item quia de Jure cavetur, quod illi quorum culpa, dolo, vel fraude lata est sententia interdicti, vel qui ad perpetrandum ipsum delictum cujus occasione latum est ipsum interdictum prebuerunt auxilium, consilium, vel favorem censentur nominatim interdicti, et ex sola retentione predictorum Florentinorum in Terris, Castris, et locis predictis facta per Consilia et Universitates dictorum Terrarum Castrorum, et locorum ipsa Terra, Castra, et loca Diocesis Aquilegiensis fuerunt, et sunt interdicta petatur relaxatio vel suspensio, secundum quod fit aliis, predicti interdicti quo ad Universitates dictorum Terrarum, Castrorum et locorum, et quo ad singulas personas predictorum Terrarum, Castrorum, et locorum, qui ex hujusmodi retentionis essent interdicti.

Item quia per aliquos de dictis Terris, locis, et castris violatum est interdictum tumulando corpora defunctorum absque tamen quocumque Divino officio petat absolutionem omnium et singulorum, qui terram fodiendo, vel corpora hujusmodi condendo, vel campanas pulsando, aut crucem ferendo, vel ipsa corpora portando. vel etiam ea ad sepulturam sociando, vel quidquam circa actus hujusmodi sepulturarum exercendo aliquam excommunicationis sententiam incurrisset.

Item quia per plures variis, et diversas personas dictorum Terrarum Castrorum

et locorum habitis sunt communia, et comertium cum dictis Florentinis habitantibus in ipsis Terris, Castris, et locis loquendo, bibendo, comedendo emendo, et vendendo, non tamen ita communiter, sicut prius, nec in aliquem favorem Florentinorum contra sanctam Romanam Ecclesiam; petatur absolutio omnium, qui ex quocumque genere conventionis, vel comertii cum predictis Florentinis in eisdem Terris, Castris, et locis habitantibus aliquam excommunicationis sententiam incurrissent.

Et quia dictum est supra, quod petatur relaxatio, et absolutio etc. supple vel commissio super relaxatione, et absolutione, si aliter fieri non potest. Et quia istud factum invenietur praticatum prius cum aliis informatio qualiter fecerunt alii, qui bonam expeditionem habuerunt.

1378. 11 8bre

Item die undecimo mensis Octobris recepte fuerunt litere, quarum tenor talis est.

Amici Karissimi non excidit nobis, et de Florentinorum memoria non abolebitur in futurum quantam caritatem erga nos, et nostros Cives jussos expelli per processus Apostolicos ostendistis; et ob id pro vobis, et aliis nostris Amicis, ac etiam pro Nobis ipsis simul per oratores nostros continue relaxationis interdicti, et processuum Bullas plenissimas procuravi, easque intra paucos dies speramus habere quas cum receperimus Vobis et aliis Amicis Nostris sine more dispendio transmittemus. Ita quod per Dei gratiam nostra remanebit de Divinis Amicis caritas consolata, et pro Nobis hoc substinuisse gravamen nullis temporibus peribit. Datum Florentie die XXVIII. Septembris. MCCCLXXVIII.

Priores artium et Vexillifer justitie } Populi, et Communis Florentie

Mansio exterioris.

Nobilibus Viris: Capitaneo: Consilio, et Communi.

Civitatis Urbevetanis Amicis nostris Carissimis

1378. 20. nbre

In dictis Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Octavo Indictione prima die vigesimo mensis Novembris hora XXI. Applicuerunt ultimum Nobilis Nicholaus de Bardis et Nicolaus de Civitate Ambasciatores antedicti apportantes litteras, et Bullas Papales, quarum tenor talis est, continentes absolutionem ............ &c.

Amici Carissimi. Ecce per latorem presentium Bullam Apostolicam vestris mittimus, per quam debet Metropolitanus vester omne interdictum quod servatur in vestris Ecclesiis relaxare, et per quas omnes nostri Cives sunt ad unitatem fidelium restituti. Permittuntur eisdem consueta comertia, et in suis Juribus clementissime reponuntur, et quoniam fui stis in nostra passione participes, et, quos nunquam de memoria decebitur aliquamdiu amore nostri sacramentis Ecclesiasticis caruistis dignum nobis visum est litteras predictas consolatorias ad vos mittere, et hoc dono Fraternitatis, et Amicitie vestre Caritatem immensam ex ingratitudinis merito munerare. verum quia hec Bulla sola et prima est, quam obtinere sub hac materia potuimus, placeat vobis iuxta finalem Clausulam dicte Bulle ipsam facere registrare, et exibitori exiberi facere retrotradi ad alias partes quamprimum neccessario transferendas. Datum Florentie die XXX. Octobris, secunda Indictione M° III° LXXVIII

Priores artium et Vexilliferos justitie } Populi et Communis Florentie

Mar

Missio exterius scripta.

Dilectis filiis ... Capitaneo, Consilio, et Communi

1378 14. 7bre Mirrensis Civitatis Amicis nostris Karissimis.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et ecclesiarum prelatis, ac Regibus Principibus ceteris Dominis temporalibus, ac universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem et Apostolicam benedictionem. Dum olim videlicet Anno Domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo quinto procurante pacis emulo inter felicis recordationis Gregorium Papam XI predecessorem nostrum, et Romanam Ecclesiam ex una parte, ac Populum et Commune Civitatis Florentie ex altera orta fuisset gravis discordia, idem predecessor noster contra Priores artium, Vexilliferos justitie Gonfalonerios, et alios officiales tam cives quam extraneos, necnon Populum et Commune, ac nonnullos Cives Civitatis predicte, et etiam contra quosdam eorum stipendiarios, et nonnullos alios nominatim expressos, et pro expressis habitos propter quamplures graves excessus per eos contra ipsum Predecessorem, ac dictam Romanam et alias Ecclesias, et Ecclesiasticas Personas commissos et perpetratos, diversos successive processus fecit Excommunicationis, suspensionis et Interdicti ac privationis et inhabilitatis, et diversas alias graves spirituales et temporales penas, et sententias continentes, ipsosque declaravit incidisse in penas et sententias contentas in processibus dudum factis per felicis recordationis Johannem Papam XXII. predecessorem nostrum contra invadentes vel occupantes Civitates Castra, et terras seu loca dicte Romane Ecclesie subjecta vel ea invadentibus seu occupantibus dantes auxilium, consilium vel

favo-

favorem. Et insuper non solum Civitatem, ac districtum Florentinum,
sed etiam omnes Civitates, Castra, Terras, villas, et loca quecumque que
per ipsos Populum et Commune etiam de facto tenebantur, seu rege-
bantur, Communitates, et universitates easdem Ecclesiastico supposuit
interdicto, et tam predictis Florentinis quam etiam quibuscumque per-
sonis de ipsorum Comitatu et districtu, et de aliis Civitatibus, Castris,
Terris, villis, et locis predictis sub certis modis commercia, et parti-
cipatione quorumcumque Christifidelium inhibuit, et tandem contra
quosdam Cives dicte Civitatis Florentie, qui Octo de Guerra vul-
gariter nuncupabantur specialiter super articulis fidei procedens
in eorum contumaciam per suam sententiam pronunciavit et declara-
vit eos velut hereticos condemnandos, et condemnavit: Subsequenter
cum nonnulli Clerici et persone Ecclesiastice tam regulares quam se-
culares qui contra mandatum per ipsum Predecessorem eis super
hoc factum in Civitate et Comitatu, ac districtu predictis mora-
bantur seu habitabant et qui propterea secundum tenorem et for-
mam dictorum Processuum Excommunicationis sententiam, et alias
penas inciderant, idem Predecessor Clericos, et personas Ecclesia-
sticas huiusmodi omnibus dignitatibus, personatibus, et Officiis,
ac aliis beneficiis ecclesiasticis, ac honoribus, que obtinebant
privavit, et eis certas alias penas inflixit prout diversis ejusdem
Predecessoris litteris inde confectis plenius continetur: Postmodum
vero dicto Predecessore sicut Deo placuit sublato de medio No-
bisque licet immeritis divina favente Clementia ad apicem sum-
mi Apostolatus assumptis, cum prefati Florentini ad cor reversi

et

et suos recognoscentes errores ad Nostram presentiam quosdam cives
Florentinos, videlicet Petrinum de Strociis militem, Alexandrum de Ca-
tella decretorum doctorem, Donatum de Barbadoris legum doctorem, et
Nicolaum Domini Conradi de Altovitis Ambaxiatores suos cum sufficienti
mandato destinassent, et in humilitatis spiritu de corde contrito a
Nobis humiliter postulassent, ut ipsos Florentinos, quia parati erant
Nostris, et dicte Romane Ecclesie obedire mandatis, et de supra-
dictis excessibus congrue satisfacere, ad gratiam Nostram et di-
cte Ecclesie admittere ac recipere, et cum ipsis benigne et gratio-
se agere de solita Sedis Apostolice clementia dignaremur. Nos
qui pacis et concordie bonum semper in corde, et ore gessimus et
ejus amatores ferventer extitimus prout sumus, eosdem Florentinos
ad nostram, et dicte Ecclesie Romane gratiam gratanter rece-
pimus, et admissimus, et cum eisdem nostro, et dicte Ecclesie
nomine sub certis honestis modis, et conditionibus pacem, ac bo-
nam et plenam concordiam duximus faciendas in qua pace, et
concordia sub dictis honestis pactis et conditionibus dictos Flo-
rentinos Populum, et Commune subjectos, et districtuales suos, et
dictam Civitatem Diocesim, et districtus, ac Civitates, terras,
Castra, et loca in quibus dicti Florentini habitant aliquam
superioritatem, provinciam, vel custodiam, et populos, et Uni-
versitates, ac singulares personas dictorum locorum omni modo,
via, jure, et forma, quibus magis et melius potuimus, ad
statum pristinum reponi, et plenissime restitui, et precertim
ad omnes actus legitimos civiles, et communes, et ad famam,

hono-

honores, dignitates, privilegia, beneficia, jura, immunitates, et actiones reales, personales, mixtas, et ad petendum, et exigendum omnia sua jura, debita, seu credita preter res, et bona, Camere Apostoliche applicata, ~~inque~~ in judicio, seu extra contra quascumque Personas Ecclesiasticas, vel seculares, Communitates, Collegia, vel universitates, communiter, vel divisim, ante dictam guerram quomodolibet competentia, quibus per processus prefati Predecessoris nostri occasione dicte guerre privati vel suspensi extiterant, ac insuper bona represalias, confiscationes, privationes, et inhabilitationes, ac omnes et singulas penas in dictis processibus contentas ab homine vel jure inflictas removeri cassari, et annullari, et nullius penitus existere firmitatis, ac si dicti processus facti nullatenus extitissent, volemus, et restituimus: Ac insuper volemus quod absolutionis in casibus supradictis concederentur et fierent in forma Ecclesie consueta prout hec, et alia in quodam publico instrumento inde confecto, et die vigesima octava mensis Julii proxime preteriti publicato subscriptionibus Johannes de Valefrigida Apostolica, et Honorii Imperiali Auctoritatibus Notariorum publicorum roborato plenius continetur: Que omnia voluimus et volumus inviolabiliter observari. Et inde Nos ad supplicationem predictorum Florentinorum per eosdem Commissarios nostros hujusmodi Interdicta relaxari et amoveri, ac omnes et singulas personas predictas,

que

que hoc humiliter peterent ab Excommunicationum et Anathematum sententiis, et aliis processibus, ac penis predictis absolvi, et in forma ecclesie consueta injunctis eis penitentia salutari, ac dictos Populum et Commune, ac Universitates, et Communitates, et eorum Civitates, Castra, Terras, ~~et loca~~ Villas, et loca ac singulares personas predictas tam ecclesiasticas, quam seculares ad honores privilegia et famam, ac pristinum statum, in quo erant ortam discordiam predictam, et ante inchoationem dictorum Processuum contra ipsos factorum existebant reduci, et poni sub certa forma mandavimus prout in aliis nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita Nobis nuper pro parte predictorum Florentinorum petitio continebat in diversis mundi partibus sint quamplures Florentini, qui per predictos processus hujusmodi penis, et sententiis ligati existunt, et etiam quamplures alii qui propter participationem quam cum eisdem Florentinis tam in commerciis quam etiam aliis fecerunt excommunicationes, et interdicti sententias, et alias diversas penas incurrerunt, et nonnulle Civitates, Terre, Castra et loca per processus predictos sint ecclesiastico supposita interdicto pro parte ipsorum Florentinorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere in premissis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati pacem et Concordiam hujusmodi ad vestram notitiam reducentes Vobis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepi

episcopis, et Episcopis tenore presentium committimus, et mandamus
quatenus singuli vestrum per vos vel alium seu alios interdicta
hujusmodi in vestris Civitatibus, Terris, Castris, et locis occasione
dictorum processuum contra prelatos Florentinos factorum, po-
sita, auctoritate nostra relaxetis, et amoveatis, ac omnes, et sin-
gulas Ecclesiasticas personas et seculares in vestris Civitatibus
et Diocesibus consistentes, que per dictos processus seu eorum
occasione excommunicationis sententia sunt ligati absolvatis
in forma Ecclesie consueta injuncta eis pro modo culpe pe-
nitentia salutari; ac insuper cum illis ex predictis personis
Ecclesiasticis, que sic ligate celebrando Divina, vel immiscen-
do se illis, non tamen in contemptum clavium irregularitatis
maculam contraxerunt super hujusmodi irregularitate ipsis
tamen prius a suorum ordinum executione suspensis ad tempus,
de quo vobis videbitur auctoritate predicta dispensetis, dictos-
que Florentinos et alios predictos benigne, ac gratiose recep-
tos tractetis, et faveatis eisdem ac in mercimoniis et aliis qui-
buscumque libere participetis cum eis, ac si dicti processus con-
tra eos nullatenus facti fuissent, sed si per eos nihil contra
Romanam Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas indebite attemptatum
fuisset. Nostre tamen intentionis existit quod commissio, ac
mandatum et potestas hujusmodi, et alia omnia et singula su-
pradicta intelligantur de colligatis adherentibus, et sequacibus
ipsorum Florentinorum, nec ad eos extendantur si et in quantum
in dicto contractu comprehendantur et servaverint illa, ad que

secun

secundum conventionis seu pacta in dicto contractu seu instrumento conventionum servata teneantur: decernentes irritum et inane quicquid contra premissa fuerit attemptatum. Volumus autem quod presentes litteras exhibitori earum post registrationem et transumptionem earum libere restitui faciatis. Datum Rome apud Sanctam Mariam in Trastiberum VIII. Kal. Octobris Pontificatus nostri Anno Primo

Watrarius

in quibus quidem litteris Papalibus in carta bergamena pendet quadam Cordo Albo Bulla plumbea Papalis, in qua ab uno latere sunt sculpta capita Sanctorum Petri et Pauli, et super dicta capita sunt hec litere sculpte S. pa. S pe. Ab alio latere dicte Bulle sunt scripte hec littere Urbanus Papa VI et sub dictas literas sunt sculpte due Aquile parve

Ex Codice, ut ajunt Cartaceo qui in Tabulario Civitatis Utini asservabatur.

Da manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo II. pag. 64. tergo Carolus Fabricius collegit et descripsit. esistente presso il Sig.r Carlo Fabrizio d'Udine.

Castello di Porpeto 3. Maggio 1719.

Frangipane

Marquardo Pat: con assenso del Capitolo cede per 700 Marche la Gastaldia di Tolmezzo a Paolo Gambo e Candido Missitino attesa la guerra.

Nos Marquardus Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha. Tenore presentium notum fore volumus universis, quod ad defensionem nostram, Patriarchatus nostri, et Civitatis nostre Aquilegensis, Terrarum, et Castrorum ejusdem, et specialiter Marchionatus nostri Istrie, et ipsius Terrarum, et Castrorum: ad supportationem continuam et diversorum onerum nostris humeris incumbentium contra venetos notorios, et publicos hostes nostros et totius Patrie nostre Fori Julii, qui per mare, et terram locum nostrum Mugle et cetera loca nostra, et precipue dicti Marchionatus invadere continue, et notorie moliuntur cura vigili, et sollicita intendentes, et non valentes Stipendiariis, et famigeris, quos retinere cogimur pro custodia evidenti, et continua predictorum de propriis nostrorum redditum, et proventuum pecuniis quibus propter innundationem hujus Guerre, et stratarum preclusionem evidentissime nunc privamur satisfacere nisi aliquid de nostris, et ipsius nostre Ecclesie proventibus aliis ad tempus aliquod concedamus. Idcirco cum minori nostro, et dicte nostre Ecclesie dispendio pecunias pro predictis acquirere quod per modum infrascriptum sicut diversimode tractaverimus nequeuntes, et confisi de circumspecta prudentia, et fidelitate experta dilectorum fidelium Nostrorum Gambi Pauli et Candidi Missitini de Terra nostra Tulmetii qui nobis et Ecclesie nostre subvenire juxta eorum posse fideliter, et continuo se disponunt de certa scientia pro evidenti utilitate, et necessitate nostra nostre

Eccle

ecclesie, et Patrie predictarum matura deliberatione
per habita ac etiam de consensu, approbatione, et delibe-
ratione solemnioribus dilectorum filiorum in Christo Geor-
gio de Lovtis de Papia Decani Hermacore de Moruchio
vicedecani, Joannis pr. Trebisini, et Joannis pr. Anto-
niati de la Turre, Gottifredi de Sabuleto, Antonii
Roncoris, Johannis de Prestellis, Francisci de Gregorien-
berge, Antonii de Veneto, Bartholomei de Bobio omni-
um canonicorum in nostra ecclesia Aquilegiensi supra in-
frascriptas in eorum Capitulo consueto specialiter tra-
ctandis, faciendis deliberandis, et complendis, cum plures
non sint ad presens in eadem residentiam facientes, solito
more congregatorum, ac mature deliberantium infrascripta
omnia in nostre, et ecclesie nostre, et Patrie exigenti
evidenti necessitate predicta utilitatem, comodum,
et profectum necessario redundare per nos, nostrosque
successores, ac vice, ac nomine nostre Aquilegiensis
ecclesie Castaldiam nostram Carnee cum mutis, Dacitiis,
Affictibus, Censibus, decimis, proventibus, et aliis iuri-
bus, et iurisdictionibus universis dicte Gastaldie, ac
custodiis Castrorum nostrorum Tulmetii, et Moscardi
a die vigesima prima mensis Novembris proximi fu-
turo ad annum unum tunc proxime futurum, et comple-
tum tenore presentium ducimus, et duximus specialiter
concedendam pro pretio, et foro Marcarum denario-
rum nostre Aquilegiensis monete septingentarum, de
quibus quadraginta Marcarum denariorum nunc, et
in prompta pecunia ab eisdem habuisse, et realiter re-

cep.

cepisse tenore presentium profitemur, et eos de eisdem
in prefatos usus statim conversis (cosi) nostri, et Ecclesie nostre,
ac successorum nostrorum nominibus liberamus absolvimus
et in perpetuum quietamus, residuum vero Marcarum tre-
centarum nobis in proximo futuro festo Sancti Michaelis solve-
re debent, et effectualiter sunt astricti. Quocirca premis-
sis, et singulis Decanis, Marigis, Massariis, habitatoribus,
et universis, et singulis subditis Gastaldie Carnee su-
pradicte, et aliis quibuscumque harum tenore stricte
precipiendo mandamus, quatenus de universis juribus
affictibus, censibus, proventibus et redditibus quibus-
cumque ipsius Gastaldie eisdem Gambio, et Candido, seu
illi vel illis, quem, vel quos loco sui duxerint depu-
tandos duraturos dicto respondere, parere, et obedi-
re debeant fideliter tamquam nobis nostre gratie sub
obtentu, alioquin penas, et sententias, quas rite tu-
lerint in Rebelles ratas, et gratas habebimus easque
auctore Domino faciemus usque ad satisfactionem con-
dignam firmiter observari. Ipsi namque Gambius, et Can-
didus Sacramentum debitum, et in talibus consuetum in
meis manibus fideliter prestiterunt. In quorum testimo-
nium presentes litteras fieri fecimus, et sigillorum nostri,
et dicti nostri Capituli de mandato dictorum Decani,
et Capituli appensionibus ~~muniri~~ communiri. Datum in dicto nostro
Capitulo Aquilegiensi die quinto Aprilis anno Domini
Millesimo trecentesimo septuagesimo nono, Indictione 2da.

Da manoscritti del Conte Asquini

1381. 6. Genn.° I Nuncii del Re d'Ungheria si condolgono coi Deputati del Friuli della Morte del Pat: Marquardo consigliando molte cose per felice riuscita della guerra 181.

~~Da un protocollo di Jeglio Notaro Antonuccio di Brisignano si conserva nell'Archivio vecchio del collegio de spettabili Signori Notarij.~~ Ex autografo

Honorabiles amici carissimi. Obitum excolende memorie quondam domini Marquardi Patriarche vestri dolenter audivimus, et tam laudabilis et preclari Presulis ~~occasum~~ lugubrem velut Patrie huic ~~tanti~~ toti damnosum ~~et~~ corde lugemus, quamvis hoc debitum nature persolvere lex cunctis animantibus imposita sit, et ab ipsa nemo sit penitus absolutus. Et quia vobis incumbit de conservatione honoris et status Patrie vestre predicte nunc plus solito procurare cum sitis pastoris vestri regimine destituti, et dictus Patriarchatus vacante durante Rectores ipsius Patrie debeant in omnibus absentie pastoris suis detrimenta sive defectus supplere. Hortamur amicitia vestra quantum possumus, quatenus in tam necessario casu velitis laudabiliter dicte Patrie vestre Regimen gerere, et ad utilitatem ipsius totis viribus insudare precipue ad felicem prosecutionem presentis guerre comunis ne deferantur victualia inimicis, neque dicta victualia permittantur ~~tamen~~ autem conduci de dicta Patria ad Portum Naonis, qui locus est maximum receptaculum dictorum inimicorum nostrorum, et eisdem inimicis quotidie victualia subministrat, et multum nobis placebat, si ad aliorum terrorem justitia fiet de illis, qui per vos reperti fuerint culpabiles de victualibus jam transmissis. Nos enim pro parte ~~Re~~ regie majestatis et domini nostri quantum plus poterimus vestris et dicte patrie cunctis favoribus

assiste-

assistemus. De facto autem Bladi quod ex pacto seu con=
ventione annuatim dare debetis civitatibus domini ducis Au-
strie, videlicet Feltro et Civitati, bonum est quod omnes modos
quibus potestis vos excusare in hoc, servetis ut saltem de medie-
tate quantitatis dicti Bladi, videlicet quod pro venturis mensi-
bus tenemini, et non de preteritis temporibus in quibus
non dedistis, quod petitur possint ad presens esse contenti,
cum qua medietate non potuerunt magnum auxilium inimicis presta-
re. Et in hoc potest esse rationabilis excusatio vestra quia
multitudini exercitus vestri hic existentis, et etiam castris et locis
vestris in providendo de Blado ad presens sufficere non potestis.
Nichilominus studeatis taliter in predictis et aliis disponere quod idem
Dominus dux contra vos non valeat commovere maxime isto tempore.
Item nobis expediens videtur esse pro vobis, ut vestri ambaxiatores
qui nunc vadunt ad Regiam Majestatem et Dominum nostrum ipsum
inducant quod inter dictum Dominum Ducem et vos, treuguam jam
finitam per mortem dicti Domini Patriarche reformet. Habemus
optima nova à domino Paduano, quod status inimicorum nostro-
rum nunquam pejorem conditionem habuit sicut nunc, et quod
Januenses multum sunt animosi ad prosequendam guerram contra
eosdem inimicos cum maximo stolio galearum adveniente tempo-
re veris prout idem D. Paduanus vobis simili modo scribit, ut
credimus. Ideoque ut de ipsis inimicis nostris citius habeamus
finem optatum velitis de bonis dicti Patriarchatus, et de colecta

per

per vos nuper imposita debitum prebere auxilium in agendis, et opportunitatibus nostris. De facto autem dicti Bladi quod a vobis petitur supersedeatis dictam medietatem offerre, quousque aliud vobis scribimus de hoc. Nunciatum est nobis hodie per illos qui sunt ad custodiam Castri Sancti Pauli quod gentes inimicorum equites transierunt hodie versus Coneglianum, sed de certo numero ipsorum gentium, et tamen quo iverint ignorant. Datum Sacili die VI. Januarii IV^te Indictionis

V. Episcopus quinque Ecclesiarum
Fratre J. Prior Hungaricus
Johannes de Tescho

Regii Nuncii in partibus istis.

a tergo

Venerabilis et Egregiis Viris Dominis - - -
Deputatis ad Regimen Patrie Fori Julii
Amicis Carissimis.

ex Autographo

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 266 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cast.° di Porpetto 22. Luglio 1817.

Frangipane

1331. 22. agosto — Il Patriarca convoca il parlamento per le questioni fra E. di Savorgnano ed N. di Castello sul castello di Flagogna; decisione del Parlamento. 91.

In Nomine Domini Amen Anno Eiusdem Nativitatis Millesimo Trecentesimo trigesimo primo indictione quintadecima Iovis xxij. mensis Augusti. Infrascripta facta sunt in Colloquio Generali, convocato, et congregato in Utino in inferiori Sala Castri, et Palatij Patriarcalis, in quo quidem interfuere more solito, liberi Ministeriales, Comunitates et alii inter quos fuerunt infrascriptae notabiles personae.

D. Abbas Sextensis D. N. ...